



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

R. P. F. Joh. Andreae Coppensteinnii Mandalensis Ordinis Prædicatorum
Theologi Secvlaris Indicis Romano Catholici continuatio, Sive
Controversiarvm Epitome ex illustrissimo Cardinali Bellarmino. Tomus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

R. P. F.

JOH. ANDREÆ
COPPENSTEINNII

Mandalensis Ordinis Prædicatorum Theologi

SECULARIS

INDICIS ROMANO CA-

tholici continuatio,

SIVE

CONTROVERSIARVM EPITOME

ex illustrissimo Cardinali

BELLARMINO.

Tomus Tertius.

Continens præter demonstrationem Historicam

Continuatæ fidei,

PARALIPOMENA,

Quæstionum Luthero Calvinistarum ex recensitis Secu-

lorum præfatarum,

Item

Castigationem Apologiæ Caluino - Catechetiæ,

Aduersus

JACOBVM LAURENTIVM Verbi Ministrum


Amstelredamensem APOLOGISTAM.

Permissu superiorum.

MOGUNTIAE,

Impensis JOH. THEOBALDI SCHÖNWETTERI,

ANNO M. DC. XXVI.





ELENCHVS

SÆCVLORVM ET
QVÆSTIONVM HVIVS
OPERIS.

SÆCVLVM XIV.
SCHOLASTICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CONTI-
NVATA SVCCESIO. fol. 1.

IMPERATORVM ROMANO-
RVM ACTA POTIORA IN SÆ-
CVLO XIV. fol. 4.

Hæresiarchæ Papis dissoni in Sæculo XIV. fol. 6.

Doctrina Fidei Nouatoribus contraria in Sæculo XIV.
fol. 7.

Varia Fidei Romano Catholicæ Testimonia Sæculi XIV.
fol. 9.

):(2

QVÆ-

E L E N C H V S.

QVÆSTIO I.

Quæ in meis Luthero-Caluinisticis scholasticè pertractata, confirmantur historicè per superius enarrata? fol. 29.

QVÆSTIO II.

An S. Petrus Roma sederit, obieritque Sanc. Pontifex ibidem? fol. 30.

QVÆSTIO III.

Primatus Papa qui historicè demonstratur? fol. 32.

QVÆSTIO IV.

An Papa iudicio humano subiacuerit unquam? f. 33.

QVÆSTIO V.

An Papa iudicium in rebus Fidei fuerit aliquando falsum, sitq. Fallibile? fol. 34.

QVÆSTIO VI.

An Papa habeat Jurisdictionem Temporalem directè Jure Diuino? fol. 40.

QVÆSTIO VII.

An Papa habeat Jurisdictionem Temporalem indirectè Jure Diuino? fol. 41.
EXEM-

E L E X H V S.

EXEMPLA POTESTATIS
ECCLESIASTICÆ

in Politicam.

f. 43.

QVÆSTIO IIX.

An Papa Rom. Imperium transtulerit à Grecis ad Germanos?

fol. 44.

QVÆSTIO IX.

An Papa Roman. Imperium transtulerit à Francis ad Saxones?

fol. 49.

QVÆSTIO X.

Quando, & à quo Septem viri Electores sint Instituti?

fol. 50.

QVÆSTIO XI.

An Imperator, Rex, & Princeps quilibet secularis habeat summum Jus Ecclesiasticum in suo Principatu?

f. 51.

QVÆSTIO XII.

De Conciliorum Generalium Adprobatione, seu Reprobatione, ac Modo, Qualia testatur Historia?

fol. 56.

):(3

QVÆ-

E L E N C H V S.


QVÆSTIO XIII.

*Papa, Conciliorum, & Ecclesia respectus mutuus equalis
fuit?*

fol. 60.

F I N I S.







I
APPENDIX

SIVE CONTINUATIO INDICIS

SÆCVLARIS R.P.F. IOAN. ANDREÆ COP-

PENSTEINII Ordinis Prædicatorum Theologi.

SÆCVLVM XIV.
SCHOLASTICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CONTI-
NUATA SVCCESIO.

ANNO 1300.

BONIFACIVS VIII. ce-
lebrat Iubilæum datis plen.
indulgentiis, curatisq; in-
firmis. Siciliam interdicto
subiicit, Friderico Arago-

num excommunicato: ab usum sæui-
endi in mortuos abrogat: Hermannū
de hæresi conuictū exhumari, combu-
rique curat. Principes ad expeditio-
nem in terram S. euocat; impedireque
conatum Philippum Pulcrum Gallie
rebellem Papæ excommunicat: Caro-
lum Valesium Flandriæ Comitem e-
uocat contra Fridericum in Italiam
ducentem, donatque decimis Gallie
Anno 1302. Siciliæ pacem confirmat:
& officium inquisitionis commendat
Dominicanis.

Anno 1304. Ab excommunicato
Philippo per prodicionem captus li-
beratur, & obit: annoq; post 33. incor-

ruptus inuenitur: & *an.* 1312. in Conc.
Viennensi innocens pronuntiatur. Se-
pultum sibi digitos erosisse mentiu-
tur Centuriatores. Sedit ann. 8. Men-
9. d. 19. Rector Regum.

S. BENEDICTVS XI. ex Dominica-
no creatus *anno* 1303. sedit menses 8. di.
17. claruit multis miraculis, præsertim
post mortem. Vide infra.

CLEMENS V. Valco *Anno* 1305.
creatus omine infausto Lugduni inau-
guratur, sollicitus pro terra sancta.

Anno 1306. Andronicum Græco-
rum Imp. excommunicat, incitatque
in ipsum Rasciæ Regem.

Anno 1308. De templariis inquisitio-
nem committit Episcopis: Inquisitu-
ram Dominicanis. Combustum Late-
ranum instaurari curat.

Anno 1309. Venetos ob occupatam
Ferrariam excommunicat: Regem Si-
ciliæ

A

cilia creat Robertum. Indulgentias plenas impertis ducentibus in Terram S.

Anno 1310. Solicitatus à varijs Principibus indicit Concilium in causa Templariorum. *Anno 1313.* Sancit de F. Corporis Christi celebrando. obit præscripto creandi Pontifices ritu. Sedit An. 8. M. 10. D. 16. Lites regnorum multas terminavit.

IOHANNES XXII. creatur *anno 1316.* Cæsaraugustam & Tholosam facit Metropolitanas. *Anno 1317.* Gibelinos & Guelfos conciliare studet. Friderico & Ludouico Bauaro diem condicit ad cognoscendam causam. Reformat collapsam disciplinam ecclesiasticam. Proscribit Fratricellos hæreticos. S. Fridericum Episc. Tolosanum canonizat. Clemens est in Lud. Bauarum rebellem. *Anno 1319.* & contra Waldenses agit.

Anno 1320. Fridericum inaugurare Imperatorem differt. *An 1321.* eum euocat contra Ludouicum: Fratricellos condemnat: itemque Ludouicum *Anno 1323.* & 1324.

Anno 1325. Prædicantes Saracenis absque licentia excommunicat. *Anno 1326.* Romanos ab Ludouico abstrahere, ac eum ingressu urbis arcere conatur. *Anno 1327.* Reiecto illo dat licentiam creandi alium, designatque diem electionis. *Anno 1328.* Ortas lites inter Regem Aragoniæ componit, accipitq; iuramentum fidelitatis. *Anno 1330.* In Lithuaniam mittit fidei ministros. *Anno 1331.* Mouet controuersiam de visione animarum à corpore separatarum, cui FF. Prædicatores

se opponunt. Nihil tamen de ea definit. *Anno 1332.* Mittit Fratres Minores in Armeniam. Postulata Ludouici reicit.

Anno 1334. Opinionem suam de animabus dimittit, ac eam antemortem declarat edita constitutione literarum ac Iuris utriusque peritissimus. Cardinalem communicari è manibus disparuit S. Hostia; quæ sita diu reperitur in plica casulæ. Obiit cum sedisset an. 18. mens. 3. D. 28.

Episcopus in itinere Auinionem versus nocte mortis illius audit: *Papa non est: Ecce iste est.* Visis Cardinalibus conclaue intransibus, illum non conspicit; Cisterciensem omnium minimum adit absentem; dicit, Eris Papa. Introductus sum in stabulum sordidum, in quo alba arca vacua: Hætu es, illud Ecclesia: implete bene actis, & illam expurges ab simoniis, &c. Regum, regnorumq; causas decedit.

BENEDICTVS XII. creatus *anno 1334.* Ferrariam dat in feudum: homagium accipit à Rege Sicilia: sua scripta de animarum visione iubet examinari.

Anno 1336. cunctanter agit in causa Ludouici.

Anno 1337. Boemiæ Regem excommunicat.

Anno 1338. Roberto Bauaro Rosam mittit, & pacem cum Ludouico optat. Moritur *anno 1342.* omnibus vitis infectus. Sedit ann. 6. mens. 4. D. 6. Rex Regum.

CLEMENS VI. creatus *anno 1342.* iubilæum à centesimo ad quinquagesimum reduxit, ista visione monitus; perso-

persona apparuit ei duas præferens claves, quæ ait: Aperi ostium, & mitte ignem quo calefiat, ac illuminetur orbis. Postridie celebrat de Domina, ut si quid iubeat Deus, iterum appareat; Sin, phantasma esse se iudicaturum. Apparet iterum, idemque iubet. Vnde Cardinales suadent Iubilæum celebrandum. Decimationem reddituum ecclesiasticorum concedit Regi Castellæ in bellum contra Mauros.

Anno 1343. Ludouicum declarat hæreticum, priuatq; Imperio.

Anno 1346. Episc. Moguntinum submouet, instituitq; alium.

Anno 1350. Iubilæum celebrat. Moritur *anno 1352.* Sedit ann. 10. Mens. 7. Plurima disponens in temporalibus circa regna varia & Imperium.

INNOCENTIUS VI. creatus *anno 1352.* instituit *anno 1354* festum Lanceæ & Clauorum Domini. *Anno 1355.* Carolum IV. Romam venire permittit, datis mandatis certis. *Anno 1362.* moritur. Sedit ann. 9. Mens. 8. D. 26.

VRBANVS V. creatus *anno 1362.* Aninione recedit Romam *anno 1367.* Agnos Dei transmittit. *Anno 1370.* moritur, missis in Orientem ac Septentrionem ad euangelizandum: S. Thomæ corpus restituit Dominicanis. Sedit annos 8. mens. 1. D. 17. Regnaque autoritate, consilioq; attemperauit.

GREGORIUS XI. creatus *anno 1370.* Raymundi Lulli opera damnat,

legiq; vetat *anno 1372.* varia Regum ac Principum dissidia componit. *Anno 1373.* Pro Lituanijs conuertendis sollicitus. *Anno 1374.* Walachis & Armenis mittit FF. Prædicatores, ut eos à schismate reducant. *Anno 1376.* sub conditionibus assensit eligi in Regem Roman. Wenceslaum. Pauperes de Lugduno hæret. extinguit. *Anno 1377.* scribit Oxonium de opprimendo Wiclefo, Romamq; mittendo. Moritur *anno 1378.* Sedit an. 7. M. 2. D. 26. Supremus regnorum inspector ac moderator.

VRBANVS VI. *anno 1378.* vnanimiter electus colitur orbe toto Christiano ut legitimus Papa, &c. vide infra *in varijs.* Sæuissimas inter turbas schismaticorum Antipapæ studentium, Regni Imperijq; moderator, ac dissidentium mediator extitit; dirasq; in seinitas conspirationes diuinitus euasit. Diem obiit *anno 1389.* Sedit annos 11. menses 6. D. 8.

BONIFACIUS IX. successit *anno 1389.* canonicè electus: inq; similibus, ceu prædecessor, turbis rexit orbem & Ecclesiam, singularumq; penè curam Ecclesiarum, nationum, ac regnorum fideliter habuit & iuxta fortiter. Mortuus est *anno*

1403. Sedit ann. 14. mens. 11.





IMPERATORVM ROMANO- RVM ACTA POTIORA IN SÆ- CVLO XIV.

LBERTVS Austriacus REX Roman. designatus à Bonifacio VIII. & excommunicatus *anno 1300.* Occiditur *anno 1307.* occisorumq; infelix exitus. Regnavit annos 8. M. 9. D. 5.

HENRICVS VII. Comes Lucemburgensis contra Philippum Regem Galliaë eligitur in Regem Romanorum *anno 1307.* *Anno 1308.* Romam vocatus Austriam occupare cogitat: Acclamatus Imper. pergit in Italiam. *Anno 1309.* à Guelphis & Gabellinis excipitur; turbatq; Italiam contra iurandum. *Anno 1312.* Inaugurandus Romam petit resistentibus Guelphis: edit professionem fidei, & iuramentum fidelitatis. Sed inunctus agit dolose, Româq; digressus omnia euastat. *Anno 1313.* Papa in eum pronunciat sententiam priuationis & decapitationis. Moritur morte naturali, non veneno, Imperauit an. 3. mens. 8. D. 6.

FRIDERICVS Austriacus Rex Roman. *anno 1314.* vsurpatq; sibi Siciliam. *Ann. 1320.* ob bellum contra Guelphos excommunicatur. *Anno 1325.* Robertum Siciliaë, & Carolum necare nititur. *Anno 1323.* Iuramentum præstat fidelitatis. *Anno 1327.* moritur. Regnavit ann. 15. mens. 11. D. 27.

Sub **L**VDOVICO BAVARO decertatur pro Imperio annis ipsis 34.

CAROLVS IV. Imperator Regis Boemiaë filius eligitur *anno 1346.* approbatur electio à Papa. *Anno 1347.* promittit obedientiam Papæ, & privilegia Ecclesiæ confirmat.

Anno 1348. Vendit ius suum Papæ, quod habuit in Auinionem, Coronatur Aquisgrani.

Anno 1349. à rebellibus: *anno 1350.* à veneno periclitatur. *Anno 1355.* Mediolani coronatur: inicit Romam permissu Papæ. Coronatur Imperator: Præstatq; iuramentum fidelitatis: simul Romanis mandat, vt quieti obediant Papæ.

Anno 1360. Vniuersitatem Pragæ instituit.

Anno 1361. nascitur Wenceslaus sinitro cum prodigio recusatq; expeditionem Ierosolymitanam.

Anno 1365. Bullam auream edit.

Anno 1368. Iura Ecclesiæ confirmat.

Anno 1376. Wenceslaum sesquennem eligi in Regem Roman. curat, simul in Imperatorem designari ab Electoribus. Sed à Papa monetur ne ad coronationem filij properet ante consensum Sedis Apostolicæ.

Anno 1377. Insurgentes aduersus libertatem ecclesiasticam compescit.

Anno 1378. morituri ad filium monitapia. Mortui vidua init ordinem Minoritarum. Imperauit annis 23. Mens. 10. D. 20.

VVENCESLAVS succedit Patri Carolo IV. anno 1378. multis & magnis à puero vitijs obnoxius atque indulgens, Magni magna noxa patris: Initia Imperij eius feruebant pro Ecclesia; cætera perdebantur ignauia. Imperauit ann. 22. vsque ad eius Abdicationem. Cui Electores, approbante Papa, substituerunt ROBERTVM Baruarum.

Concilium Generale

Viennense sub Clemente V. anno 1308. contra Templarios. Prouincialia fuerunt plurima.

Doctores ac Scriptores illustriores Consoni Papis in Saeculo XIV.

Ioann. Duns Scotus subtilissimus obiit ann. 1300.

Augustinus Triumphus Anconitanus Augustinensis obiit anno 1328. Theologus.

Barlaam Episc. Græcus Epistolator, an. 1303.

Siffridus Historicus Præsbyter Misenensis, an. 1307.

Nicephorus Callistus Græcus, historicus. an. 1307.

Eberhardus Archidiacon. Ratisbon. Chronographus.

Petrus Aureolus ex Minorita Archiepiscopus Auenensis Theologus, anno 1317.

Antonius Andrea Aragonius Minorita Theologus, an. 1317.

Durandus Gallus Dominican. Theologus, an. 1320.

Heruanus Natalis Brito Dominicanus Theologus, an. 1320.

Franciscus Mayron Franciscanus Scotus Theologus, an. 1320.

Guil. Okam Anglus Minorita Theolog. an. 1320.

Monaldus Dalmata ex Minorita Archiepisc. Beneuenti Canonista & Theol. an. 1320.

Nicol. Lyranus ex Iudæo Minorita Biblicus, an. 1320.

Pelagius Aluarus Hispanus ex Minorita Episcopus Syluensis Theolog. an. 1320.

Nicephorus Gregoras historicus Græcus, an. 1330.

Petr. Paludanus Dominicanus Burgundus Theol. & Patriarcha Hierosol. an. 1330.

Ioann. Villanus historicus Florentinus, an. 1330.

Guido Carmelita Generalis, Catalanus, an. 1330.

Astefanus Astensis Cabista, anno 1330.

Adam Goddam Theologus Anglus, an. 1330.

Landolphus Carthusianus Saxo Biblicus, an. 1330.

Ioan. Andrea Bonon. Iureconsultus, an. 1330.

Barthol. Pisanus Dominican. Theol. an. 1335.

Ioan. de Baccone Anglus Carmelita Prouincialis Th. an. 1340.

Simon de Cassis, Hænicus Augustinensis hist. an. 1340.

Henricus Suso Germanus Dominicanus Pius, an. 1340.

Robertus Holkot Anglus Dominicanus Biblius, an. 1340.

Tho. Argentina. Germanus Augustinens. Generalis Theol. an. 1350.

Nic. Cabasilas Græcus Archiepisc. Thessal. Theol. an. 1350.

Greg. Ariminen. Augustinens. Theol. an. 1350.

Rich. Armachanus Archiep. Theol. anno 1350. Sed errorum Græcorum plenus.

Franc. Petrarcha Florentinus Archid. Poeta, Orator, &c. an. 1350.

Alphons. Vargas Hispanus Archiep. Hispalen. Theol. an. 1350.

Ioan. Taulerus Germ. Dominicanus Concionator, an. 1350.

Henr. de Hassia Carthuf. Theolog. an. 1380.

Ioan. Rusbrochius Belga Religiosus, an. 1380.

Baldus Vbaldus Italus Bartoli auditor Iurista. an. 1390.

Doctrina Fidei Nouatoribus contraria in Sæculo XIV.

DE *Missæ, Ritibus, &c.* Radulphus, Pachymeres, &c. Reor me operam lusurum, si huc vel ad potiores Fidei Romano-Catholicæ articulos accensuerim Scriptores testes luculen-

tissimos: adeo sole clarius LIQUET.

Hæresiarchæ Papis diffonin in Sæculo XIV.

BEGVARDI & BEGVINÆ orti sub initium huius æui, damnantur in Conc. Gen. Viennensi anno 1311. sub Clemente V. PP. Dogmatizabant ista: I. *Summa hic perfectio acquiri potest, par Christi, sed non supra.* II. *Ante, non post acquisitam ieiunandum, & mortificationi instandum: mortificatum posse corpori concedere quiduis.* III. *Sic perfecti non subsunt ulli legi: quia ubi spiritus, ibi libertas.* IV. *Summa beatitudo vita haberi hic potest, qualis in cælis.* V. *Intellectualis natura est in se beata.* VI. *Se ad virtutem exercere est imperfecti: perfecta anima à felicitat virtutes.* VII. *Osculum mulieris est mort. peccat actus venereus nullum.* VIII. *Eucharistia in elevatione non est adoranda; quia contemplatio perfecti est dignior, quam illius veneratio.*

PETRVS IOANNIS eodem anno 1311. locoque damnatur, qui finxit, I. *Quod anima Christi non essentialiter in-formavit corpus.* II. *Christo adhuc viuente latus apertum lanceâ.* III. *Baptismum communiter adultis, non paruulis esse remedium ad salutem.* IV. *Conferreque, adultis solis gratias.*

FRATERCVLI siue FRATERCELLI sub annum 1303. orti nocturnas canebant laudes; his finitis per tenebras promiscua Venus exercebatur: fœtus ita conceptus iactabatur per manus; in cuius manibus extinguebatur, is Pontifex Max. censerebatur. Alium exurebant, cineres in vino propinabant

bant neophytis. Papa Bonifacius VIII per Æmiliam & Liguriam inquisitos proscrispsit, etiam exhumatos combussit. Anno 1327. Ioannes XXI. eos excommunicat; & anno 1321. hisce iunctos quosdam religiosos, ab excommunicato Imp. inuitatos, vt docerent contra opulentiam Papa & Ecclesiasticorum: non sic Christum, Petrum, Apostolos dicesse: Imperatorem ex vi electionis accipere ius in imperium; nihil habere à Papa.

Ea in cacozylia GUILIELMVS OCKAM Angius, diffamat Papam, vt hæreticum & schismaticum, nec Censuras eius metuendas: confugiensque ad Imperatorem ait: Tu me tuere gladio; Ego Te verbis ac scriptis contra Papam tuebor. Factus igitur patronus est Paupertatem ostentantium; tunc Ioan. XXII. fanciuit, Quid de vsu consumibilibus dominio sentiendum; idq; anno 1322.

DVLGINVS & vxor Margreta, in Lombardía hæresin Veneris pmiscuæ vulgant anno 1307. In eos Papa mittit Inquisitores, & Crucem prædicari iubet, datis indulgentijs: Ferro tamen nequibant excindi omnes, Tridentinis montibus clausi.

LOIHARDVS AN. 1307. multa cum multis vulgabat infanda; per Inquisitores in Cremensî Ducatu combustus: Ortus ab Dulcino finxit, Misissam, Baptismum, extremâ vñctione nil prodesse: Luciferum cum suis caelo restituentû: Angelos vero damnandos. Deiparam post partum non permanisse Virginem: Corpus Christi in Eucharistia esse Deum fictitiû: Matrimonium esse iuratum meretricium: Deum nec scire, nec punire peccata mundi. Promiscuæ Veneri vacabant: Felta

negabant, & ieiunia, sanctarûq; merita, ac preces: ac mori, quam ab his conuerteri, malebant. Autor extitit Beguardorum: Coloniae flammis traditus perijt, Germaniamque reliquit taminatam.

ARMENI, iam diu schismatici, in tales hæreses decurrunt. I. Spretio Papa, suo Catholico parebant. II. Protoplastas in innocentia perstitisse, & absque matrimonio. III. Sacramenta non conferre gratiam. IV. Non esse verum baptismum in Romana Ecclesia; ideoque rebaptizabant. V. Cum baptismo dandam Eucharistiam. VI. Sine Chrismate baptismum esse nullum. VII. Peccatum originale non contrahi, nec eo eluendo dari baptismum. VIII. Beatos ante extr. iudicium esse nullos; nec eos visuros essentiam Dei, sed Claritatem. IX. Mendacem esse Deum, quod Cain à nemine occidendum dixerit; & seipse trucidarit. X. Spiritum sanctû procedere à Patre solo. XI. Eucharistiam in fermentato faciendâ. XII. In ea non esse verum corpus & sanguinẽ, & nil prodesse. XIII. Calicem consecrationis non miscendum aqua. XIV. Pœnas inferni esse temporarias; Christumq; damnatos omnes eduxisse. XV. Matrimonium non esse Sacramentum. XVI. Infidelium paruulos non baptizatos cum parentibus dari in orcum: Fidelium, in paradysum. XVII. Omnes ante Christum damnatos perisse. XVIII. Homines fuisse impeccabiles, si tentatio abfuisset, & huic, non libero arbitrio, adscribendum peccatum. XIX. Peccata quædam esse irremissibilia. XX. Non esse Purgatorium. XXI. Omnes in sexu virili resurrecturos. XXII. Pascha cum agno Iudaice celebrabant, &c.

B. Bartholomæus Paruus Domini-
canus,

canus, à Papa missus in Armeniam, eos plerofq; conuertit, obiitq; an. 1318.

MARSILIVS PATAVINVS & IOANN. IAN DVNVS inualefcunt, dum Ludouicus Bauarus contra Ioannem XXII. pro Imperio dimicat. Asserebant, I. Christum, Papam Ecclesiasticos Imperatori subiectos esse. II. Ab Imperatore Papam institui, destituiq; posse. III. Papa in illum ius esse nullum. IV. Nullam toti Ecclesie esse vim coactiuam in peccantes. V. B. Petrum non plus accepisse ceteris. VI. Parum esse Iurisdictionem cunctis Ecclesiasticis. VII. Papam nullum esse dominum in temporalibus. VIII. Potestatem Imperatoriam à Deo solo immediate esse. IX. Papam & Ecclesiasticos ab Imperatore potestatem accipere. X. Censuras in Ludouicum latas esse vanas. XI. Abdicatum imperio à Papa manere Imperatorem. XII. Ioannem XXI. esse hereticum, quod Fratricellos excommunicasset.

FLAGELLANTES orti in Italia anno 1340. ab Presbyteri pellice, congregarunt sese ad decem millia nudipedes, pannosi, eleemosynis largi. Pellex & Sacerdos comburuntur.

Anno 1349. Ex Vngaria se effundunt in Germaniam latevagi, cruce signati à tergo & fronte; bis in die semel noctu se distagellabant: qui 33. dies continuasset, putabatur omnia scelera e-luisse, non admittebant egenos, iniuriarum memores, nusquam bis prandebant: iunxere se ijs in Flandria Lollardi, Beguardi, &c. & sceleratissimi quique flentes, cantantes, misericordia vociferantes. Dogmatizabant, I. Flagellis, non Confessione peccata piari. II. Ita se martyrizari: Aqua benedicta nil

in esse plus quam non benedicta: Baptismum aqua expirasse, sanguinis incepisse: Christianum fieri suo effuso sanguine; secus saluari neminem: Euangelium iam cessasse: pœterare licitum, &c.

Papa concedit decimas omnium bonorum Ecclesie per Boemiam & Lutzenburgensem terram Carolo IV. ijs extirpandis, anno 1351.

WICLEFVS Anglus, artium magister ac rhetor, plurium hæresium autor, dogmatizauit, I. Impanationem, cum accidentibus in subiecto Eucharistia. II. Presentiam Corporis Christi in hac negauit. III. In peccato existentem non conferre Sacramentum. IV. Christum non ordinasse Missam. V. Deum obedire diabolo. VI. Coniuratio nil opus confiteri. VII. Papa præscitus caret potestate à Deo. VIII. Post Urbanum VI. cessasse Papas. IX. Ecclesiasticos habere possessiones, esse contra scripturam. X. Nullum excommunicandum, nisi à Deo excommunicatus sciatur. XI. Appel-latio Clerici ad regem est iusta. XII. Ob ex-communicationem non prædicans, est proditor Christi. XIII. Prædicare licet absque Episcopi aut Papæ licentia. XIV. Existens in peccato mort. nullus est Episcopus, Princeps, &c. XV. Subditos posse corrigere suos Dominos peccantes. XVI. Decimas esse eleemosynas; negandas clero peccati. XVII. Bona Ecclesie licite tolli à Principibus. XVIII. Speciales orationes vni applicatas non plus valere, ac communes. XIX. Auto-res Ordinum peccarunt. XX. Ordines ingressi inhabiles sunt ad mandata Dei. XXI. Non sunt de Christiana religione. XXII. Debent labore manuum victuare, non mendicitate. XXIII. Dans eis eleemo-synam est excommunicatus.

Varia

Varia Fidei Romano Catho-
lica Testimonia Saeculi XIV.

A NNO M. CCC. BONIFACII VII.
b. ADOLPHI Regis Rom. 9. Papa
solenne Natalitiorum Domini Romae
celebrauit; idemq; per encyclicam or-
bi communicauit, hostibus Ecclesiae ex-
communicatis: ac tantus orbis isthuc
confluxus fuit Indulgentijs plenarijs
consequendis, vt aliquandiu quot dieb.
circiter ducenta millia aduenarum nu-
merarentur. Fuitq; miraculi loco; quo
plus hominum, eo & alimoniorum plus
redundare. Neque paucos contigit ad
Limina Apostolorum ab varijs con-
fatis languoribus, aut infestore caco-
dæmone, liberatos ad sua reuerti læ-
tiores.

Clerico per quietem visa cum Puella
Deipara dicere: *Omnibus miserans Domi-
nus, indulget Dominus: percunctanti, Num
& mihi; ipsa, Viuis & mortuis: instanti,
Num & mihi? illa, Omnibus, atq; tibi.*

Hermannus Pongilupus Ferratiensis he-
reticus, quod duos hæreticos sepelisset,
ac adorasset vt Diuos, Corpusq; Chri-
sti, DEVM, & Ecclesiam blasphemasset;
diu sepultus exhumatur ab Inquisitori-
bus Dominicanis, & exurit.

Gulielma hæretica Mediolani se Pres-
byteram gerens nocturna sacra actita-
bat cum Venere promiscua, dicens:
*Adunamini, lumine sopito, & que natura or-
dinant, facite.* Mercator suam è lecto
se surripere solitam securus clam, cœtū
iniit, ipsamprehendens iniit, anulum
detrahit: scelerisq; deprehendit. Quas

notarat in conuiuium vocauit; maritis
suggessit, vela potis detraherent, & ec-
ce tonsura clericali raras compererunt
simulac hæreseos. Vulgatum nefas In-
quisitores oppreslerunt, ac Papa Boni-
facius.

Nuceriam incolæ Saraceni pertur-
bant; quod his conuertendis duplex te-
lonium Princeps imposuisset. Horum
vni Christianus mutuam dedit pecuni-
am; demum neganti testē inuocat Cru-
cifixum. Is statua dum saxum in faciem
intorquet, quod capite annuisset; ecce
illa sanguine manabat.

OTTOMANNVS obscurus apud
Turcas dominatum auspicatur: nam
ante 500. annos Asiam inuaserant; sed
sub Tetrarchis egerunt hætenus, vno
sub Rege nunquam, nisi sub Solyman-
no, tempore Bullionij.

Papa in Concilio Romano indicit
Clericis per orbem decumationē red-
dituum in bellum sacrum, ad quod om-
nes inuitat Principes; Sed Philippus
Rex Galliae id retardare nititur.

Deipara natalis Domus Lauretana,
quamuis ruinosa reparaturam respicit
humanam. Crucifixi imago cum Ædi-
cula translata, sæpius est in speciale ex-
portata sacellum; sed diuinitus semper
isthuc restituta. Ipsa Natali nocte per
decennium ferè conspexit Eremita lu-
men cœlo demissum Ædi imminere;
durauitq; annua ad vsq; tempora Pauli
III. visa fuit etiam flamma anno 1577.

B. Angela Senensis mortua reuixit
oratione fratris; ac voluntariâ peni-
tentiâ pœnas expleuit purgatorij.

B. Agnes Politiana claruit mira vitæ
sanctitate ac miraculis.

B ANNO

ANNO M. CCCI. Bonifacius PP. ortā inter Episcopos & Religiosos controuersiam, An his liceret administrare Sacramenta; definiuit secundum Religiosos, *Licere: Quot, quantosq; Sanctos genuerint Ecclesia S. Ordines Religiosos; & ij quot, quantisq; miraculis complerint orbem undique; memorare non est: Perinde nec, quot, quantaq; Regum ac Principum regna, dissidiaq; composuerint, & sub ecclesiasticis Censuris coercuerint Pontifices Romani.*

ANNO M. CCCII. Alberto Auftriacō Moguntinum & Palatinum debellante, Bingæ in Cœnobio S. Ruperti quidam piætæ Deiparæ cristallos è corona eruebat; continuoq; imago sudore; mox etiam cruore & lacte manabat, cum è pectore cristallum euulsiisset; socio cum nequicquam increpante. Is dum puluere in foramen ingesto sistere fluorem nequisset, in Nahum præterfluentem amens incurrit, ac perijt. Albertus miraculo attonitus posuit ibi dem Deiparæ sacellum; donis magnis datis in monasterij reparationem. Sacerdos, qui eodem die iſthic Diuinis fuerat operatus, linteo lac & sanguinem collegit; hodieq; asseruatur.

AN. M. CCCIII. *Benedictus XI.* Papa ex Dominicano creatus, *matrem reliquerat pannosam*, lotione Dominicanorum sibi quærentem victum. Romanæ eam matronæ pretiosis indutam sistunt Papæ; at se nosse eam neganti, Abducta, suisq; reddita panniculis redit; Et vero, atebat Papa, hæc est mater mea carissima: amplexatamq; honorabat. Gratia facti valuit apud Principes, vt ei pluriimas mitterent gratulatorias.

Rebus magnis ac multis pro Eccle-

siageſtis, Perusij toxicatas ficus comedens, obiit; cum sedisset menses octo, dies 17. Sanctitatem viri miracula post mortem prædiderunt; adeo multæ sunt conſanationes factæ, & dæmonum ex obsessis expulsiones.

ANNO M. CCCV. Inter diffidium Cardinalium in electione Papæ Philipus Rex Galliæ efficit, vt in Burdegalensem Episcopum consentirent, quem Clementem V. nominarunt: atque ea occasione *Sedem Rom. contigit in Galliam transferri*; vbi ad 70. annos seruiuit.

B. Ioa. himus Senensis Ord. Seruorum B. Mariæ epilepticū patientiæ nequicquam admonens, orat Deum in se morbum transferat, & exorat. In Purificationis solennib. cereum tenens accensum, hoc in aère harente corruit: Alias ad mensam stratus mappam cum dapibus detraxit, nec tamen effusum, fractumve quicquam fuit. Exorauit Deum, morbo illi morbum adderet alium, scaterere corpus ei vermibus cœpit: monitus & pro sua precaretur sanitate Deum, qui pluribus eam restituiſſet, noluit dicens: *Cum infirmor, tunc potens sum.* obiit in Parasceue dum caneretur: & *inclinato capite emisit spiritum.*

ANN. M. CCCVI. Parisijs ante Pascha datam in pignus vestem reddit feminæ Iudæus; si *S. Hostiam*, in communionem exceptam, ad sese adferret. Et si ægrè, assentit illa, affert. Iudæus eam in bullientem iniicit; sed mox in speciosissimum versam puellum super aquas stantem amens forcipe verberat diu, puello ictus declinante. Interueniunt liberi cum matre; hi in plateam excurrentes referunt vicinis; hi rem visam Episco-

piscopo: qui S. Hostiam cum processione ne defert in S. Ioannis. Recutitus pertinax dum educitur ad rogam, Talmudium poscit, quod illæsum à flammis se fore crederet: sed datus cum ipso vertitur in cinerem.

S. Nicolaus Tolentinus Ord. S. Augustini, iubetur per quietem ab apparente anima pro se, suisq; similibus sacrificare. Excusanti se, quod ut hebdomadarius summum Sacrum mutare sibi nō liceat; illa, vide, ait, quid quantis neget? viditq; innumeras ignis purgantis animas supplices sibi: quibus addicit. Priori suo indicat, qui alium ei substituit hebdomadarium. Octiduo euoluto, sacrisq; rite patris defunctorū, rediens anima cum innumeris liberatis per amplas ei gratias egit. Idem plurimis ante, postq; mortem claruit miraculis causa nationum.

Similis in Ordine. Prædicatorum B. Ioan. Aurelianensis ex Episcopo Parisiensi Dominicanus. Item B. Ioanna Vrbeuetana, Dominicana, sanctitate inclita.

AN. M. CCCVII. *Philippus Rex Gallie* accusauit *Templarios* Pistauij apud Clementem V. ex indicio duorum sceleratorum Templariorum, facta eis spe veniæ. Dimissi tamen, mox repetitis flagitijs, dispereunt. Rex omnes totā Galliam, vnā feriā sextā, extinxit: Magistrum eorum cum 59. equitibus Lutetiam ad palos totidem viuos exussit, se innocuos vociferantes. Ab alijs Regibus ac Principibus idem fieri per literas expetijt. Rex Aragoniæ perfugos in arces munitas expugnauit. Papa demandauit executionem Moguntino Archiep. Synodum idcirco Moguntiam celebranti: in

quam Hugo Comes cum XX. fratribus ingressus, in signum innocentiam viuos carbones ferebant in palijs vel vstulatis.

Albertus Rex Rom. occiditur ad Schaffhusam ab Ioanne fratruale.

Philippus Rex petit à Papa coronam Imperij, Electoresq; compelli ad electionem sui: At Cardinales omnia præuertunt apud Electores, qui Henricum Comitem Lutzelburgensem creant, coronantq; Colonia.

S. Petronij memoria & cultus renouatur, quod ex eius puteo bibentes, continuo à febre tunc grassante, sanantur.

AN. M. CCCVIII. Rursus instante Philippo, Papa omnibus edicit Episcopis, vt in *Templariorum scelera* inquirent, deferantq; ad Concilium Gen. Viennense. Erant ea talia: *Nouitij Deum blasphemare: Christum, Desparam, Sanctos abnegare: Crucifixum conspuere, calcare: pseudopropheta vocare, nec passum esse Redemptorem: Caput cincinnatum adorare, &c. iubebantur: In Missis verba Consecrationis omittere: auersa Venere se permiscebant, &c.* Ergo per totam Europam misit Papa Cardinales Inquisitores; confirmauitque insuper Dominicanis officium Inquisitionis.

Regnum quodque Boemiae, cæso Wenceslao regni dilapidatore, transfertur ad Germanos.

Vngaros ad Carolum in Regem suscipiendum, Papa compellit anathematis comminatione.

Henricus VII. Rex Roman. dictus, iam coronandus iurat fidem Romanæ Ecclesiæ.

S. Clara virgo sanctitate & miraculis inclita coruscat: Item *S. Augustinus Tera- nus* Augustinianus. *Ordinem Eremitarum S. Pauli* confirmat Clemens V.

AN. M. CCCIX. Scotis præuia confessione & S. Synaxi munitis, Deiq; & Sanctorum inuocatione, victoria datur contra Anglos, desideratis ex his 50. millibus; ex ijs solum duobus equitibus.

D. Seberti, Angliæ Regis, 700. annis sepulti, brachium reperitur integrum & inconsumtum.

S. Elisabetha Aragonum Regis filia mirifica sanctitate coruscat.

AN. M. CCCX. *S. Humilitas* ex matrimonio cœnobium inijt, cum mariti consensu, euasitq; miraculis & sanctitate inclita.

Item *S. Alexius Falconerius* ex 110. annis vitæ consumsit 77. in ordine seruorum Mariæ. Obijt, vt vixit, sanctè, imponente ei sertum odoratissimū Christo Seruatore in specie puelli prius, quam animam redderet inter hæc verba: *Nunc dimitte seruum tuum Domine, &c.*

AN. M. CCCXI. In Concilio Generali Viennensi *sebraimania Templariorum* examinantur, demonstrantur, damnantur, vindicantur ferro & flammis. Resipuerunt 62. falsi omnia. Quidam pauci eis patrocinantur, passosq; iniuriam censent: Sed Concilij, orbisq; consensus reclamatur. Ingens opum vis fuit eis ad atheismum clauis.

ANNO M. CCCXII. *Concilium Viennense* decernit, Ordinem Templariorum extirpandum: Et Bonifacium VIII. Papam contra accusationem

Philippi Pulcri, Regis Galliarum, declarat innocentem: acta tamen eius in Regem, regnumq; Angliæ rescindit Clemens V. Papa.

Demandatâ Archiepiscopo Moguntino executione sententiæ in Templarios, Hugo Templarius eum vigintiarmatis ingressus isthic Capitulum, eam retardauit; ac impetrauit parci vitis quidem; at ordinem extingui oportuit.

HENRICVS VII. Imperator Romanæ imperiæ inaugurandus: post cruentam in Vrbe seditionem Guelfos inter & Gibellinos, fidei edit professionem, ac *Iuramentum fidelitatis* solenne pro Ecclesiæ Romanæ defensione. Sed inunctus continuò posita simulatione se hostem Ecclesiæ declarat; Cardinales nec ad mensam adhibuit; omnia ferro flammisq; miscuit Italiâ totâ; Guelfos persequitur toto nisu; Papa eum nequicquam placare conante.

FERDINANDVS Rex Castellæ duos nobiles de cæde commissa suspectos, non conuictos testibus, dat rogo. Hi ducti se innocentes vociferantes citant Regem ad diem ab eo tricesimum in Dei iudicium. Et eo ipso repertus est in lecto repente mortuus. Vnde ei nomen est, *Ferdinandus in ius citatus*.

Raymundus Lullus multarum hæresium reus peragitur, ac damnatur à Papa.

ANNO M. CCCXIII. Clemens V. Papa, quia *Festum Corporis Christi* nondum vniuersè celebrabatur, id solenne ac vniuersale esse debere fanciuit in Concilio Viennensi. Idem *rescindit sententiam* priuationis omnium Dominorum,

rum, & decollationis latam ac promulgatam ab Henrico Imp. in Robertum Regem Siciliae.

Qualia subinde meis inspergo, duntaxat in exemplum, è multis rara documento, Papam esse supra omnem saeculi potestatem, atque Potentes quoscunque; quoad saecularis Potestas aut p̄deit, aut obest Ecclesiae Bono spiritali.

HENRICVS VII. ex Lucelburgensi Comite Imperator, in procinctu contra Robertum ex febris acuta, & dysenteria concessit in fata: pedes in praeterfluente refrigerans, sensit sub genu pustulam antracem acutissimi doloris: accessit stranguria scissae vesicae, & pleuresis; quae etiam attulere mortem.

Ab Fr. Bernardo, Confessario suo, venenum ei cum Sacra Hostia porrectum, calumnia est malignantis in eum monachi. Liqueet multis: 1. Medici corpore defuncti inspecto, apertoque nec vel indicium veneni fuisse testati sunt. 2. Clemens V. Papa ex iudicio & testimonio Principum absoluit Bernardum à suspitione. 3. Item Ioannes Rex Boemiae, filius Henrici; & nepos eius Carolus IV. Imperator. Balduinus Archiepiscopus Treurenf. alique Episcopi, &c. dictis, & instrumentis datis sunt innocentiam testati. 4. Historicique praecipui aut negant, aut dubitant de veritate facti.

Illud: Idcirco Pradicatores sinistra Sacram Hostiam sub Missa tenere & sumere: Figmentum est: 1. Nam id moris tenuit S. Ordo inde ab initio. 2. Datumque est ei ab Papa; in monumentum triumphale ab Dominicanis Berengarianae haereseos: 3. Et subest

mysterium: Quod in caelis Beati habeant delectationes in dextera Dei meras, puras, perennes: at viatoribus satis est, degustare delectationes in sinistra Dei reconditas.

Papa Vicarium Imperij constituit Robertum Siciliae Regem: & canonizat S. Caelestinum Papam, multis inelictum miraculis.

In Hispania apud Guadalupenses Statua B. Mariae, ante 600. annos à S. Gregorio data S. Leandro Episcopo Hispalensi; defossaq; ibi ab fugientibus Sarcenos; demum sic est reperta. Boarius perditam vaccam per sylvas quarens, reperit mortuam; iamq; dimidiatam ei pellem detraxerat, cum ecce reuiuiscit illa: territus conspicit illustrem Deiparam, iubentem vt Episcopus ibidem defossam requirat iconem: in signum veritatis, ait, heri tui filius iam mortuus, te reuelationem referente, vitam recipiet. Dictumque factum. Reperta multis & confectionibus, & suscitatis mortuis sit celeberrima; & factis ad eam peregrinationibus frequentata.

Clarent quoq; vitae sanctitate insigni S. Boson, & Petrus Fauerus Carthusiani.

ANNO M. CCCXIV. Clemente V. mortuo dissidium inter Cardinales distulit electionem.

Itemque mortuo Henrico VII. Imp. Coloniensis & Palatinus Electores ad Imperium suffragati sunt Friderico Austriae; At Treurenfis, Moguntinus, Boemus, Brandeburgicus & Saxo elegerunt Ludouicum Bauarum: continuoque simul diploma suae electionis futuro Papae conscripserunt; eò, quod Sedi Apostolicae inus esset peruetus in cognoscenda electione

B 3 facta:

factam: Eligendi vero ius in VII. viros contulit Eadem, testibus historicis & orthodoxis, & sectarijs plurimis.

B. Iacobus Venetus Dominicanus claret viræ sanctitate ac miraculis: Itemq; *Albertus Brixienfis*.

ANN. M. CCCXIX. *Ludovicus* Rex Siciliae, & *Iacobus* Balearici profitentur monasticen in Ordine S. Francisci. Idem Ordo, *Carthusianus*, & *Dominicanus* complurium miraculis collustravit Ecclesiam: Itemque sequentibus annis.

AN. M. CCCXXII. *Beguardis* latè spargentibus; *Christum & Apostolos nullius rei dominium, seu in particulari, seu in communi habuisse*: *Narbonæ* Archiepiscopus, & *Inquisitor* Dominicanus vnū prehensum damnant hæresios in pleno Concilio: *Lector* Minorita eum defensus pronunciat *hæreticus*, nî palinodiam caneret; sed appellans ad Papam, interim nexus tenetur. *Iussus* Minoritarum Ordo suam promere sententiam, affirmat idem cum *Lectore* suo *F. Berengario*. At *Papa* definit, *Vsum rerum à Dominio discernendum esse*. *Gibellinos* ea definitio feriebat, conantes exuere bonis Ecclesiasticos. Quos idcirco reprobat, damnatq; *Ioannes XXII. PP.*

Idem tradit *Carolo* Regi Galliae, *Clericos coniugatos vindicandos*, ceu laicos: Sancit, ne sponsalia de futuro dissoluantur, nisi per ingressum in religionem: Et ne sacris inicientur, qui sunt in matrimonio rato, nondum consummato. Secus facientes inhabilitat ad actum & Ordinis & Matrimonij, iubetq; profiteri Monasticen.

S. Thomam Aquinatem canonizat; vt

qui tot miracula patrafset, quod articulos conscripisset; præter viræ sanctitatem: ceu *Papa* respondit de poscenti miracula Episcopo?

AN. M. CCCXXIII. *Ioannes XXII.* excommunicat *Ludouicum*, Imperialia omnia vsurpantem; oppugnantem *Guelfos* seu Pontificios, propugnantem *Gibellinos*. At *Papam* instigarunt *Rex Gallus Siculus* Imperij *Vicarius*, & *Fredericus*. Hic cum *Ludouico* præliatur, vincitur, captusque tenetur cum fratre *Henrico*: *Leopoldus* frater suas reducens in *Sueciam* copias confugit ad *Gallum*.

Paupertinus Ockam, *Ludouico* studens, in *Papam* insurgit calumniosus; & *Fraterculi* propugnant pertinacius heresim; *Christum & Apostolos nihil habuisse proprium; ne dominium in Vsu rerum consumptibilem*: Ob quam *Massiliae* quatuor *Minoritæ* sunt combusti per *Inquisitores*.

Regem Angliæ *Edouardum*, bona *Templariorum* cedentem *Episcopis*, coërcet *Papa*.

AN. M. CCCXXIV. *Excommunicatus* *Ludouicus* appellat ad Conciliū: nimum tunc sentiebant quidā, Conciliū esse supra *Papam*. Arguitq; *Papam*, dissimulare ad hæresin *Fratricellorum*, prodentium *Confessiones*: coniti ad extinctionem *Luminaris* minoris, quod est *Potestas* Imperatoris, ipsa *Electione* confirmati; non post confirmandi à *Papa*: sicq; turbare totam Ecclesiam, &c. aliaque talia plura ab *Fratricellis* composita, & *Beguardis*: Quos condemnat *Papa*.

AN. M. CCCXXV. *Papa* *Carolus* Galliae

Gallia ad Imperium euehere cogitat; & conuenta pacta Ludouici cum Friderico & Leopoldo, renunciantibus Imperio, &c. rescindit.

Condemnat, atque comburit Postillas Ioannis Strinckij Bituricensis Minoritæ, ex quibus depromebant 22. hæreses nouas ij, qui se de *Tertio Ordine S. Francisci* dictabant, deq; *Sexto statu Ecclesiastico*, vt veros Euangelicæ paupertatis professores. Ijdem iactabant se *SPIRITUALES*, & plus cæteris fructificare inter Græcos, Saraenos, Tartaros; Idcirco Papa dicit anathema in prædicantes non Missos.

F. F. Prædicatoribus autem dictis *Societas peregrinantium inter Gentes*, dat Viarium Generalem; ne latè sparsi inter infideles obeundo carerent Superiore certo: & vero mirificum animarum lucrum faciebant Ecclesiæ, in numeris inelyti passim miraculis.

S. Angelus, vt putatur, specie peregrinantis Compostellam, tradidit F. Petro de Aluma Dominicano, captam cū *brachio sinistro & manu S. Ioannis Baptista*, & nusquam porro comparuit. De latas Perpinnianum ad Conuentum Episcopus igne probauit incombusas reliquias esse veras, multis celebres in super miraculis.

S. Elzearius Comes Ariani obit.

ANN. M. CCCXXVI. Cruetgris, Papæ rebellibus, & Poloniam euastantibus, Lituanus captam *monialem* violaturus ab ea rogatur, prius in corpore suo disceret artem Inuulnerabilitatis. Ergo cerâ oleo permittâ collum inungens præbet ictui ceruicem; qua defectâ stuprum euasit.

Ex Iudæo pseudochristianus *pietâ B. V. imaginem* pugione percutit; ijctq; cruor. Facinus innotuit; latuit autor. De ipso fabro apparens iubet duellum cum Iudæo; permittit magistratus; prostratus reus fatetur se elus: perit suspensus.

AN. M. CCCXXVII. Dum Ludouicus in Comitijis Trident. se obstringit ad afferendâ Imperio Italiam, quo diademate potiretur, hæreses sub eo inualescunt: in primis *Patauini & Ianduni*, qui Pontificiam Potestatem in Imperio imminuebant. Patet supra in Hæresiar-chis.

Pseudo Episcopus Aretinus coronat Imperatorem Ludouicum Mediolani: simul petentem à Papa Romæ coronari. At iam eum cum Marsilio Paduano & Ianduno anathematizat. Reddit synopsin argumentorum Bzouius *S. VIII. pro Iurisdictione Ecclesiastica supra Politicam; non contra*; idq; contra Cunerium Parisiensem, Politicosq; hodiernos.

Aretinus ex febris periclitans, in fontem Papam, reum Ludouicum pronunciat pœnitens, obitq; diem. Papa Vrbe arcet Ludouicum; indicit Electoribus diem eligendi alterius Imperatoris.

Franc. Asculanus diuinatoriæ Astrologiæ deditus de pluribus hæresibus conuincitur, comburitur.

S. Rochus Narbonensis obit sanctè.

AN. M. CCCXXVIII. Ludouicus Urbem ingressus, inter cædes, & acclamations, festiuè à suis excipitur; coronatur à duobus Episcopis; inq; Papam impune calumniæ iactantur, cum Ludouicus Depositionis sententiâ in eum euulgaret, & Petrum Corbarium crea-

ret

ret Antipapam: qui & ipsum renun-
ciat Imperatorem, & 7. Cardinales
creat. Sed Romani expellunt vrbe Lu-
douicum; Columnio prius ei palam re-
clamante, ac Bullam excommunicatio-
nis in eum proclamante: Papâ vero per
Monitorias excitante Christianos ad
preces & supplicationes, tantis rerum
perturbationibus auertendis.

Andronicus Imp. Orient. Thessalo-
nicam adeptus, in ea visit sepulcrum S.
Demetrii Martyris; oratq; opem p læsi
pedis incurabili vulnere; quod vt oleo,
ex reliquiis exsudato, perunxit, momen-
to conualuit, vt cicatrix appareret.

Obit diem *Matthias Archiep. Mog.*
ex Benedictino factus, agro rebantur
medici efficere continentiam: venu-
tissima ad eum virgo admittitur à ca-
merarijs. Hanc Princeps territus hu-
maniter dimittit; acerbè arguit & auto-
res, & adiutores: ad illustre exemplum
clericalis Continentiæ, quam præ vita ser-
uare maluit.

Andronicus ex morbo iacebat pro
deposito; iamq; spiritum redditurus ait:
da aquam Maria; ex gynecæo Impera-
triciis astans nobilis, ait, hodie Byzantio
è fonte attulit mihi famulus. Eam vt
sorbuisset, reuixit, & *Gloria tibi DEVS*, di-
xit, simulq; reualuit. Sic Dauid, 2. Reg.
23. suspirabat aquam Bethlemitanam.

Ita *Fons ad Nicopolim Palestinae*, Christi
contactu puelli sacer: est Saracenis, quin
& brutis sæpe salutis, ac venerationis; te-
ste Sozomen. & Cedreno. Sic & *arbor*
Persica Hermopoli, sub qua Dominus re-
quieuisse fertur, vim medicam præstat.
Item *Fons pueri IESV in Aegypto*, sanita-
tem multis, & balsamo fertilitatē con-

fert: ad quem, Deiparæ monitu, Leo
Thrax Imper. templum parthenicum
posuit. Nicephorum librum de mira-
culis per eum factis compleuit, dictus
vulgo *Fons aureus*: hodieq; extat, at sola
diruti rudera templi.

AN. M. CCCXXIX. Petrus Cor-
barius Ludouici Antipapa anathema-
tizat Papam: mox captus resipiscit
subditus Ioanni XXII. & recipitur in
gratiam. Deseritur à multis Ludouicus;
pertinaces rursus excommunicantur;
eorumque principes in vindictam diui-
nam alij aliter disperseunt.

Papa recipit annum censum à Re-
gibus Corsicæ, Sardinia, Sicilia, Ara-
gonia, Angliæ, Scotia, Dacia, &c.

Cracone in Wandalia Iudæi effra-
cto templo *V. Sacramentum* abstulerunt,
S. Hostias dispunxerunt, diffregerunt,
disperferunt per vias. Clerus sacrilegio
comperto, vt & autorem competirent,
ieiunium precesque indicit: Episcopo
suspecti fiunt Iudæi: ad quæstionem tra-
pti produnt reos.

Ibidem Christiana ex Iudæa inuitata
ab Iudæa domum, negabat. Cui illa:
Adultera es; ideo deficiisti à Synago-
ga. Hæc, mentiris, ait: Vidi venditam
ab Christiana *S. Hostiam* ab Iudæis com-
pungi, ac cruentari: territaq; miraculo
eredidi. Venditrix à Iudice vocata fate-
tur; pernegant Iudæi vel in ipsa pyra, ac
pereunt. Periclitantes Christiana &
venditrix de vita, petunt mox, ieiun-
nant, orant, perquirunt in synagoga; re-
periunt vitro peploq; tectam ac cruen-
tam *S. Hostiam*. Clerus honorifice ac-
ceptæ sacellum struit: quod cum vrbe
desflagauit anno 1503. ex fulmine.

In Gallijs ortam ab Dynastis querelam aduersus Clerum, quod penè omnis iurisdictio à Regis tribunalibus ad Episcopos & Clerum sit delapsa; Rex anno superiore decidit pro Clero; iterumq; & hoc anno: imitati Philippum & cæteri Principes perinde statuerunt pro Iure prisco Ecclesiarum.

ANNO M. CCCXXX. Fridericus Imper. Austriacus extinguit aut veneno cuiusdam nobilissæ; aut ægritudine in carcere contracta: cuius Imperatrix non destitit ieiunijs, precibus, ac fletu instare apud Deum; donec in libertatem asseruisset Imperatorem.

Papa Ioannes offert Regi Boëmiæ conditiones, quibus cum permaneat in statu Imperator: scilicet Antipapam deponat: Ab appellatione ad Concilium decedat: Obiecta, factaq; in Papam reuocet: Agnoscat peccatum & anathema: Papæ se ad gratiam submittat. Boëmus huc se fore sequestrum spondet. Nicolaus Antipapa errorem suum detestatur, & deprecatur à Papa veniam; & absoluitur. At Michael Cæsenas, qui Generalis Minoritarum fuit, pertinax iteratò excommunicatur.

Controuersia in Oriente coorta, de die Paschali, deciditur, celebrandum Dominicâ post plenilunium, quod æquinoctium sequitur. At Imperator distimulauit exequi definitionem, turbis cauendis.

Felicius Gregorius XIII. Papa restituit Calendarium. Cumq; ea super reformatione corrigerentur duo in sæua bruma sub nuce, alter rectâ esse pernegans aiebat; tam id verum est, quam possibile nucem hanc hoc puncto iuglandes

producere. Et ecce penè ipsa in voce tres nuces in arbore natae arguunt hominem pertinaciæ. Eæ nuces hodieq; asseruantur inter Vaticanam cymelia.

ANNO M. CCCXXXI. Ioannes XXII. sensit vt doctor; *Animas à corpore separatas visione diuina essentia nõ frui, vsque ad extremum iudicij diem:* Idemq; Minoritæ tenebant disputando, non asserendo definitè. At FF. Prædicatores contradicebant; vt suum in hos odium Ludouicus verteret in fauorem, dicens: *Dominicanus Ordo est Veritatis, quam intrepide ac liberè contra erroneas, quantumuis potentes, aduerso pectore tuetur.* Mentitur Calvinus, Papam docuisse, Animas esse mortales ad vsq; diem resurrectionis: Neque ei se Cardinales opposuisse.

AN. M. CCCXXXII. Controuersia cum Græcis schismaticis versatur Ecclesiæ reconciliandis; de Coelibatu cleri, de Processione Spiritus sancti.

Venerijs coorta sæua tempestate senex cymbarius despondet per vndas transportare tres viros inclytos id poscentes; qui se nautamq; ipsi transmittunt, ostenduntq; nauim dæmonum plenam se in altum demergentium; vnde tanta extitit tempestas, vt Venias ea subuertendas triumviri dicerent, nisi ipsorum ope seruatae essent. Petenti nauticum dat primus annulum, iubetq; eo indice dicere senatui, *Tutelares suos S. Marcum, Nicolaum, & Georgium* urbem seruasse. Dictoque hoc disparuerunt. Ille paruit mandato, retulitq; iussa. Senatus Populusque Ven. solennes circa templa gratias ritè peregerunt.

Censum annuum pendent Papæ regna complura.

C ANNO

ANNO M. CCCXXXIII. *Carthusianus* vitâ perfunctus tantis claret miraculis, vt longè ad eum fierent ægrotum confluxus: vnde & in summis festiuitatib. summa erat *Carthusiæ* inquietudo. Ergo Prior mandat Fratri, in virtute S. Obedientiæ, quam viuis sanctè coluerat, vt eandem nunc quoque obferuet; ac desistat edere miracula; monasticæ gratiâ quietis. Dictoq; paruit Sanctus.

ANNO M. CCCXXXIV. Obiit Ioannes XXII. Papa Iuris vtriusque iuxta peritissimus & obseruantissimus propugnator.

B. Bergomius multis illustrans miraculis Ecclesiâ Ordinemque Prædicatorum.

AN. M. CCCXXXV. Benedictus XII. Papa studet recõciliando Ludouico; & anathematizat *Fratricellorum hæreses* quinque & quinquaginta; quæ adhuc Cardinalis refutarat.

AN. M. CCCXXXVI. Ludouicus ad æqua omnia se offert Papæ, ac submittit; nihil dum tamè decernentis; purganti autem Ioannem XXII. ab hæresis calumnia de visione animarum; quam ei irrogabant Fratricelli.

S. Elisabethæ Regina Lusitanæ, obiit miraculis illustris.

AN. M. CCCXXXVII. Papa Regem Boëmiæ excommunicat, inuasorem bonorum Ecclesiasticorum: Et Ludouicum iusta offerentem neque dum exaudit.

Idem attentauit, instinctu quorundã Dominicanorum, mitigare paupertatem, ac disciplinæ originariæ seueritatem Ordinis Prædicatorum. Sed forti-

ter ei precibus ad DEVM, ac ipsum; & rationibus est restitum.

In bello ciuili Mediolanensi visus, e quo insidens. S. Ambrosius, flagello percutere rebelles; vt ex his ceciderint bis mille viri. Dies victoriæ annua celebrari festiuitate instituitur.

AN. M. CCCXXXVIII. Germanis Antistitib. pro Ludouico in gratiam recipiendo Papa lætus obaudit, studetq; ei reconciliando, missâ Roberto fratri eius *Rosâ aureâ*. At Ludouicus læuius in eum insurgit, creato in Germania Antipapa nouo. Benedictus XII. igitur renouat contra eum Sententias Ioannis XXII. Ipse autem in clericos, Papæ obsequentes, mouet persecutionem; Dominicanos aliquos passim vrbib' eiecit, Francofurti, Worm. Spiræ, per Wittenbergensem Comitatum.

S. Hostia ab Indæis Pulkæ ad Patanium compuncta, cruoreque manans ab conterritis eiecitur in plateas; ab Christianis religiose leuatur; consultus Papa decernit; qui sese non conuerterint, in eos magistratus statuat.

Totâ Germaniâ *Indæi* in necè Christianorum cõspirant, dum Principes intestino bello digladiantur. Interim illi innumeros penè venenis tollunt, plures *S. Hostias* sacrilegè contemerant: Luunt vndiq; vinculis, & flammis.

Acrius inter Doctores, & Ludouicianos agitur quæstio: *An Imperium sit immediatè à DEO; & non à Papa?* Dantes Poeta Florentinus finxit; quod à solo DEO. Eius succentor Guilelm. Okam Ludouico eam opinionem instillauit: confirmauit multis Ludouicus in Decreto contra Processus Ioannis XXII. Plures-

Pluresque eam secuti sunt; Nauarrus etiam, Pius II. Cufanus Cardinalis, &c. Vide apud Heruardum in anno 1338. §. 47. 50. 51. 52. 62. Lupoldus vero Bambergensis Episcopus argumenta ad Decretum euulgandum potissima congeffit.

Papa excommunicat Petrum Trinacriæ Regem, quod Siciliam inuasisset: arguitque Eduardum Angliæ Regem, quod titulum Vicarij Imperij accepisset a Ludouico.

ANNO M. CCCXXXIX. Pluribus retro sæculis actū sapius est cum Græcis pro vnione Orientalis Ecclesiæ cum Romana: idemque & hoc anno tentatum, datis vtrò vtrinque conditionibus his, & acceptis: vt Orientales Papæ Romani in Sacris meminissent: Appellationes Romam factas non impedirent: Roman. Ecclesiam caput agnoscerent. Inde disputatum est *de Professione Sancti Spiritus*, & Michaël Imper. acerbè habuit Græciam multis eam oneribus pre-mendo, vt compellerentur ad vnionem redire.

AN. M. CCCXL. FLAGELLANTI-VM hæresis ortū capit in Italia, ab pelli-ce Sacerdotis, qui eam docuit idola colere, libidinari, & hypocriticè scelera occulere. Ambo damnati pereūt flammis. Ad decem millia flagellantium vagabantur per Italiam, eleemosynis largi, nudipedes, ac pannosi.

Duo Dominicani in Orientalem missi Indiam à Papa, elari miraculis, vixerūt: Apud Batauos autem sanctitate emicuit *S. Gertrudis* virgo, Christi stigmatis insignita, sanguine manantibus vixit, cælosq; petiuit.

AN. M. CCCXLI Hæresiarchè Petri Ioannis sectarij reuiuiscunt in Boëmia fingentes, I. *Babyloniam meretricem esse Romanam Ecclesiam, esse carnalem, & synagogam sathana.* II. *Papam esse Antichristum.* III. *Animam rationalem non esse formam corporis humani.* IV. *Apostolos prædicasse Euangelium iuxta sensum Literalem, nõ Spiritalem: Clerum dirè execrabantur.* Et talia in plateis è scamnis proclamabāt. Illis F. Ioannes Suenckfeldius, Inquisitor Apostolicus, obstitens Pragæ ab conductis in eum sicarijs trucidatur exclamans: Pro fide latus occidit: in signum cappa hæc nigra nunquam à tineis corrumpetur. Neque factum se-cus.

Didymotychi in Græcia suspectans vxorem nobilis de adulterio iussit ferro candentetacto se purgaret. Sibi conscia delicti occulti confitetur Episcopo: Hic absolutam iubet securè ignitum ferrum ter circa vmbonem ferre. Fert illæsa: depositumque in cathedram isthic ligneam vrendo penetrat, vt decideret. Eam *purgationem vulgarem* sacri Canones prohibuerunt postea, ob rationes D. Thomæ 2. 2. quæst. 95. a. 8. ad tertium.

S. Iuo Iureconsultus, pauperum Ad-uocatus, Britto natione, cælos prome-ruit, adscriptus Diuis.

ANNO M. CCCXLII. Clemens VI. Papa *Annum Iubilaum* reduxit à centesimo ad Quinquagesimum diuino ad-monitu. Nam visus sibi per quietem vi-dere Senem eum binis clauibus iubentem: *Aperi ostium, & mitte ignem, quo calefiat ac illuminetur totus mundus.* Postridie celebrans Missam de Domina orat, vt, si esset

esset diuina monitio, eadem sibi iteraretur. Et iterata est: relataq; Collegio Cardinalium. Idem excommunicat Archiepisc. Moguntinum, cæterosque Ludouico inhaerentes.

Genuentes, ope ac *patrocinio S. Barnabe*, miraculosam auferunt victoriam à Mauritano tyranno. Gratias agunt Deo solemnī supplicatione, in qua Dux Boccanegrius facem V. Sacramento prætulit.

Vratislavia tota hauritur flammis, in pœnam casti Inquisitoris, & pulsi Episcopi Nankeri. Visus est Angelus candentes carbones in urbem supernè dispergere.

AN. M. CCCXLIII *Episcopus Lincobniensis* tyquam colonis eripuit, & sæpè clausit in viuarium damarum. Mortuus apparens in ea habitu venatorio iubet suis Canonicis dici, vt restituant ablatum saltum; ideoque se istuc iustè puniri.

Nobilis Iuuenis in partibus Borealibus vidit in lege te virum rufum exerere caput, & altum excrecere; simul a repto freno equum intra segetem trahere. Vidit hic *formosam Dominam* quasi fisco capiti cerebrum extraheret ipsi. Sic dimissus furete cæpit: ab rustica ei nato seruitur toto quinquennio, inuisibiliter ei præsentè rufo illo. Demum ad S. Ioannem de Beuerlaco diuinitus restituitur; iterum visâ Dominâ sibi redere cerebrum. Ducens puellam rusticam sic ex ea pater xv. filiorum; & hac defuncta Sacerdos: Dumq; *S. Hostiam* eleuaret, rufus ille ait: iam; quam me, habes meliorem tuo custodem.

AN. M. CCCXLIV. Clemens VI.

excommunicato Ludouicò cum aſſeclis, Treuirensi & Coloniensi diaſſeclibus dat licentiam vesci toto anno *lactis, cinis, ouis, butyro*; Non Moguntinæ; quod huius Archiepiscopus adhaereret Ludouico. Illis vero; quod multos misissent contra Turcas, ita postulante Papa, danteq; indulgentias.

Humbertus Viennensis Delphinus illiberis Philippum Galliarum instituit successorem; confirmatq; Papa ea conditione, vt senior natu successor agnominaretur *Delphinus*. Ex hoc Humbertus profitetur Monasticen in Ordine Prædicatorum.

Edouardus Rex Angliæ elapsam foretæ cruralem fasciam Regina leuans à proceribus cum risu audit, fore vt propediem tali cingulo summus haberetur honos. Rex ergo instituit *Ordinem Garterorum*, id est, fascigerorum; optauit militibus equestrib. patronum *S. Georgium*, annumq; diem statuit ab Diuinis patrandis solennem. In eum summi quique Principes nomina dederunt.

In Anglia quinquennis puella molendinaria assistens rotæ in aquam prolabitur. Eiulante genitrice circumstantes opem inuocant S. Albani Martyris, Ecce, extracta mortua continuo reuiuiscit.

AN. M. CCCXLV. Ludouico & Ludouicianis excommunicatis *mandat Papa Electoribus*, vt in condictis Comitij aliū eligant Imperatorem, quam Papa dein confirmare possit.

Diuersorum Ordinum religiosi diem clauserunt vltimum hoc anno, qui vitæ sanctitatem à mihi oculis habuerunt illustriorem: vt *San. ia* Regina Clarissa, B.

Pere-

Peregrinus Seruita Foroliuensis: *B. Gerardus* Minorita; *B. Alogothus* Minorita; *B. Iacobus Gerius* Camaldulensis: *B. Gerichinus* Cisterciensis.

AN. M. CCCXLVI. Papa in locum abdicati Archiep. Moguntini Henrici Virnbergij substituit Gerlacum Nassonium: effecit *Carolus IV.* filium Ioannis Regis Boëmiæ, Marchionem Morauia eligi; Sedi Apostolicæ omnia promittenti, quæ rebelles quidam Imperatores infregerant: sicque Electionem confirmat.

Angli Cresciacensi victoria contra Philippum Gallia insolentiores, in direptione Taruannæ etiam templum despoliare instituerant: prius tamen vni coronam *Deiparæ*, in edito stantis pegmate, deiecturo arcus rumpitur, dissiliensque plures lædit circumstantes. Id in pœnam accipientes à templo abstiterunt: & religiosa dein cum supplicatione dona obtulerunt *Deiparæ* placandæ.

Interim Germania scinditur, pars Ludouico, Carolo pars adhærens: Italiam illo inuasuro, hoc propugnatur, dictoque *der Pfaffen Keyser*.

Apud Cracouiam è templo quidam suffurati ferculum cum *S. Hostia*, rati esse aureum deprehenderunt cupreum & inauratum: ergo abiecto in canosam paludem fugiunt. Arviso dein radiare locum multa luce, repertum *V. Sacramentum* Episcopus cum Clero retulerunt, vnde fuerat ablatum. Rex *Casimirus* dein augustum ibi templum Corpori Christi posuit.

Beatus Venturinus Bergatnas Dominicanus magnis multisque in clytus miraculis vixit.

ANNO M. CCCXLVII. *S. Iuonem* canonizat Papa, vitæ approbans historiam, quam hic reddit *Bzouius*.

Ludouicus ex præbiti à Maultaschia veneni suspitione obiit quasi subitanè; cumque antea coram cruce in templo solenniter caneretur *Media vita, &c. & Deus laudem meam ne tac.* tunc derepente cantatum vbique est *Te Deum laudamus*, etiam coram *Carolo IV.* summisque proceribus Imperij. Papa lætus offert excommunicatis omnibus absolutionem hac conditione, vt iurarent: 1. *Se credere, quod non spectet ad Imperatorem, Depone-re Papam, aliumque creare: & oppositum esse hereticum.* 2. *Nulli deinceps vt Imperatori, se velle obedire, nisi prius foret per Ecclesiam approbatus.* Atque protinus *Carolus IV.* præstitit iuramentum fidelitatis Ecclesiæ Romanæ eiusque priuilegia confirmat.

Henricus Exepiscopus Mogunt. ausus fuit Ludouico successorem *Edouardum* Angliæ nominare; hoc renuente *Fridericum* Misnensem Marchionem: & hoc tergiuersante *Guntherû* Schuarzenburgensem, quem & coronauit fauentibus Palatino, Brandenburgico, & Bauaris. Ideo citatus est ad Papam, vt responderet de articulis fidei.

Semestri ante Ludouicum obierat *Wilh. Occam* hæreticus tam pestilens libris editis; vt, cum à nonnullis defensaretur, *Ioannes* Papa cogitaret de extinguendo Ordine, nî *S. Francisci* merita obstitissent.

AN. M. CCXLVIII. *Immanis, & incognita pestis* orbe toto peruagatur, sic vt vix sepeliendis extinctis homines sup-peterent, vrbes ac vici exhaurirentur,

desertaque starent omnia: pueri iubilando plerique decedebant. Iudæi a quas infecisse credebantur; vulgo cædebantur sine numero, & impunè; vt nec Principes essent plebi resistendo. In sola Bauaria 12000. mactata produntur. Papa datis indulgentijs orbem ad preces inuitabat, fundendas ad certos in die pulsus campanarum.

Inter hæc *Guntherus Schuartzenburgicus* ducens contra Carolum, obsidet Francofurtum; quo ibi mortuo exercitus transit ad Carolum, cæteri que rebelles ei reconciliantur; mox Aquigrani coronatur.

Brenno Episcop. Osnaburgensis ingruentē tota ditione *vim glirium* auertit per stipem ordinariè dandam egenis. *Gotfridus* Episcopus eam abrogat; redeuntq; glires obscœni, cūctis infesti.

S. Bernardus Senensis, autor *Ordinis Montis Oliueti*, miraculis celebris, concedit in fata. Itemq; *B. Syluester* Camaldulensis: *B. Bartholomæus* Senen. Seruita *B. Mariæ*: *B. Israël* frater *S. Brigidæ*: omnes miraculis clari.

AN. M. CCCL. *Clemens VI.* celebrat *primum Quinquagesimarium Iubileum*, excommunicatione lata in futuros impedimento peregrinis Romipetis: per horum liberalitatem ditata plebs Rom. insolentior tumultuatur imperij impatiens.

Lancea, qua Christi latus apertum, est Romæ, missa *Innocentio VIII.* à *Batazete*, vt captiuum fratrem dimitteret: excepraque fuit solenni cum Processione. Parisijs quæ est, quæq; alia Pragæ; eæ sunt vel ex aliquo clauorū Christi factæ, aut ex rasura: nam Romanæ deest cuspis.

S. Bertrandus Patriarcha Aquileiensis pro defensione iurium ecclesiasticorum occiditur, claretq; miraculis.

Obit *S. Matthias* *S. Brigittæ* præceptor in Suecia. Monitus ab eo miles vt ex vita meliore speraret bene, contemptor obit: inq; sepulcro clamans *va, va, ardeo*, aperto sepulcro non reperitur.

ANNO M. CCCLI. Sæuiente epidemia noctu fit vox ad cocum *Dominicum* *Lubecæ*: para cibum pro 36. è Conuentu abituris, & duobus aduenis. Miratus surgit, in hospitem introspectiens domum tot cernit velatis millibus assidere. Ratus quod erat, redit ad stratum: vbi tot mortui fuerant, visum aperit.

Wirtembergæ incendij accusatus, ferro candente probat innocentiam procul diu gestato absq; læsione. Abiectum frator platearum post circumactum annum forte tangit; vritur; falsus plectitur.

B. Elzearius canonizatur, vitæ ipsius historiâ ritè contestatâ perillustri ab miraculis, &c.

AN. M. CCCLII. *VViclefiani* in Anglia germinant; damnantur in Concilio Constantiensi. Item ex his *Lamperiani*. In Aragonia extiterunt fingentes, *Christi sanguinem in Passione effusum, non esse adorandum latensi, quod non sit coniunctus Diuinitati*. Conuincuntur ab Inquisitore Apostolico *Dominicano*.

ANN. M. CCCLIV. *Innocentius VI.* Instituit annum festum *Lancæ* *Domicæ* & *Clauorum*, per Germaniam ac Boemiam, datis indulgentijs certis: *Carolo IV.* sic Imperium auspicius reddere studente.

Mino-

Minoritæ Avinione duo, plures alibi exulti; quod dogmatizarent *de Proprio, & Paupertate Christi & Apostolorum, contra definitionem Ioannis XXII.* vt iniquam: vt qui non potuerit reuocare Constitutionem Nicolai III. *Exijt, qui seminat, &c.* Et quod Papa non possit quacunque de causa delere Ordinem Minoritarum.

ANNO M. CCCLV. Papa Carolo IV. ferreâ Mediolani coronato, licentiam facit ineundi Romam; interim Senenses Legislatores ei necem moliuntur; quam euadens, init Urbem, *iuramenta ante coronationem solennia renouat,* edito diplomate; & coronatur Imperator, monetq; Romanos seuerè ne portorum tumultentur in Papam.

Thaulerus Dominicanus Concionator tam mirificus, vt in concione eius de gaudijs cœlestibus plures dederit in ecstasin: spiritu prophetiæ pollebat: *Wileli* hæreses prædixit. Obijt hoc anno.

CAROLVS Imp. iuuat Papam in restitutione bonorum Ecclesiæ Rom. In Papam vero *Petrarcha*, vt Gibellinus, fuit iniquior, accusatus ab eo magiæ: sed sese ritè purgante.

In Anglia spolijs *Statuæ Mariane* velut ouans luit adhuc in templo, comminuto eius cerebro per crucis ex alto delapsæ fragmen. Bononiæ *Aleator* ob iacturam *blasphemans Deiparam*, membris oculoq; captus ruit, & occidit. Florentiæ tres menses *non pluerat*: vrbs ducit in supplicationem *Statuam Deiparæ Prunetanam*, impetratque pluuiam septiduanam.

AN. M. CCCLVI. CAROLVS IV. in Comitijs *Nurimbergensibus*, ex vrbe reuersus *BVLLAMAUREAM* omnium

Procerum consensu rogauit. Quæ apud Auentinum hæreticos malè habere, calumniantes, quasi Imperator Maiestatè Imperij prodiderit, Pontificio ac Sacerdotio eam subijciendo. At Monarchia ecclesiastica Corporis Politici quasi Anima semper extitit in omni lege, & Naturæ, & Gentium, & Mosaica, & Christiana: *Carolusq; Episcopis se vsq; stipatum voluit, consilij magis & conscientiæ, quam magnificentiæ causa:* Et Cleri locis pluribus institutor ac fundator esse studuit.

IOANNES Rex Galliæ e contra, Bonorum ecclesiasticorum inuasor, cladius ac prælijs ab Anglo sæpius atteritur: ac Papæ admonitiones flocci pendit. In pœnam, captiuus Anglo factus, precibus Papæ eliberabatur.

Sanctionem edidit *Carolus IV. pro libertate Ecclesiastica, prisicq; priuilegijs:* quem Papa absoluit à solutione Denarij S. Petri in ditione *Vratislauenfi.*

ANNO M. CCCLVII. Papæ feliciter cessit Bonorum Ecclesiasticorum recuperatio; vt quam fecerit auspiciatam *canonizatione S. Leopoldi, Marchionis Austriæ, ante 212. annos defuncti. Ordo Iesuatorum* instituitur.

ANNO M. CCCLIX. *Bertholdus Korbachius* Spiræ damnatur ad rogam, quod doceret: I. *Christum in Passione de salute sua dubitasse.* II. *B. Mariæ maledixisse in cruce ob nimium cruciatum.*

III. *Maledixisse terra, sanguinem suum haurienti.* IV. *Posse hominem proficere ad tantam perfectionem, vt nec orare, nec ieiunare necesse habeat.* V. *Laicum illuminatum posse docendo sic proficere, vt ei plus credendum, quam Sacra Scriptura, aut Doctoribus.*

VI. Hæ-

V I. *Hominem in cibo communi deuotum posse tantam percipere gratiam, quam in Eucharistia.*

Eystadij *Reliquia S. VValburgis* exsudent liquorem salubrem: Similiter *S. VVinibaldi* translata, in pago Heydenheim.

B. Euphemia Dominicana sanctitate, miraculisq; coruscat, ex Regum Poloniae stirpe nata.

ANNO M. CCCLX. Carolus instituit *Vniuersitatem Praga*; & Episcopum curat a Papa creati Archiepiscopum. At Viennensem Archiepiscopum mouet gradu, criminum conuictum, Papa.

Nato Carolo IV. *VVenceslaus* perminxit baptisterium: bimulus coronandus in aram deiecit aluum: *omen, Sacra olim profanaturum.*

AN. M. CCCLXII. *S. Brigita Sueca* proprium instituit Ordinem, Regulam ex ore Christi dictantis acceptam. Multis & luxit miraculis, ac mirandè vixit; & a Bonifacio Nono inter Diuos relata colitur.

AN. M. CCCLXIV. *Petrus Rex Castellae* aduersus Henricum fratrem, Ducem exercitus Aragonici, eductam classem, sed per tempestatem disiecta, seruatur in supremo vitae periculo *per Votum*. Votiq; reus vicinum Deipare templum in solo adit indusio, resti collum implicatus.

CAROLVS IV. Imp. iterum datam *Bullam Auream* confirmauit Ecclesiae Rom. priuilegia vniuersa, Iuraq; regna, & de S. Petri patrimonio amissa, recuperaturum sese eidem iurauit, ac defensurum: Consentientibus. Bullaq; subscriptibus Principibus Imperij.

AN. M. CCCLXV. *B. Henricus Sugi Sueuus* Dominicanus & vitae sanctitatis, & miraculis clarus, clarior euadit patientiam iniuriarum ac calumniarum, sic ut plerique fratres Praedicatorum ab eo alienarentur. Obit hoc anno. Idemque *B. Albertus Germanus* Dominicanus, & *B. Berchtoldus Niger* Franciscanus.

AN. M. CCCLXVI. *Sedem Pontificiam*, ex Vrbe in Galliam Auinionem translata, retulit Romam Urbanus V. suadente & applaudente Petrarcha, & Deo Franciscanum sic iubente.

ANN. M. CCCLXVII. Papamissit Palaeologo Imper. Orient. Graeco tres *Agnos Dei ceruos benedictos* pro magno munere; eiusq; virtutes carmine simul ad eum dato expressit: Ut, Fulgura depellit, aconita fugat, & omne malignum; Frangit tentationes, Vndarum mortisq; pericula, & flammarum: In parta felicitat: Et ea ex Agni meritis Christi.

AN. M. CCCLXIX. *Palaeologus*, metuens Amurathem, demum Romam contendens cum Graecis *fidem Rom. Ecclesiae*, propalam profiteatur, seq; subiectum vnit Ecclesiae, ad quod haecenus omnes Papae adlaborarant. Prius occurrit Papae. Viterbij, equum freno ducit, ac descendenti stratoris officium praestat.

Bruxellis Archisynagogus coemit ab raptore xvi. *S. Hostias*: cum symnistiis compungit. Cruore manantes territus dat Christianae occultandas, emitque silentium are magno. At ea attulit ad parochum omnes: Iudaei vero ignitis forcipibus discerpti pereunt.

Ciues Colonenses decreto nitebantur, Clerum adigere ad pendendam taxam de vinis ad Rhenum euectis, alijsque emen-

emendis, violantes *Immunitatem Ecclesiasticam*. Clerus renitens, Papa eius interdicto subijciente, totus ex vrbe emigrat: Vrbs vero per annum ac dimidium sic viduata Sacris, abrogat decretum, repetitq; Clerum.

ANNO M. CCCLXX. Papa Urbanus V. restituit S. Thomæ corpus Ordini Prædicatorum, transfertq; ex Fossanova Cisterciensium Neapolim: Regina Siciliae id sibi clam moliente surripere. Idem magnificam edit Sanctionem de eiusdem Doctrina. Simul idem Papa mortuus canonizatur. Vixit, adq; cælitates transijt S. *Catharina Senensis* vitæ sanctimoniam, miraculisq; in clyta. Item *F. Elias Gallus* qui 86. annos in S. Magdalena antro exegit: ambo Ordinis Prædicatorum.

AN. M. CCCLXXI. Litvani gẽtiles diripientes Monasterium Montis Calui in Polonia; inter prædas latè actas auhebant partem S. Crucis inclusam auro: ad fines Poloniae equi hominesq; figuntur immobiles & concidunt mortui. Russus nobilis captiuus cum S. Crucem remittitur; progrediq; valent.

S. *Brigida* Romæ per reuelationem iubetur dicere Papæ, referat Sedem Romanam, Auinione relicta, Dux Vitinus insinuat. Omittit Papa Greg. XI. Iterata reuelatione iubetur hanc scribere, & lectam Papæ chartam minutim discerpere; addito, ni paruerit, sic patrimonium S. Petri fore discerpendum. Negligente Papâ vrbes Italiae deficiunt omnes, armis ante vrbes portas pictis & inferiptis LIBERTAS.

ANNO M. CCCLXXII. *Raymundi Lulli* errores circiter quingenti in Hi-

spania resuscitati damnantur à Gregorio XI. De quo inter Hæresiarchas supra. A multis inter Diuos colitur profanè.

ANNO M. CCCI, XXIII. S. *Andreas Carmelita*, Episcopus Fesidanus, multis inclytus miraculis & sanctitate coruscans vixit: Item S. *Brigitta* Sueciae Regina: & ambo solenniter canonizantur.

AN. M. CCCLXXIV. Papa Gregorius XI. datis Encyclicis insinuat Principibus orbis S. Sedem Apost. sese Romam Auinione restitutum: moxque graues per Italiam motus sunt consecuti, cum plurium ab Sede Apostolica vrbiū defectione.

In Belgio *Alex. Spiering*. Consiliarius Burg. & Flandriae Ducis, ab infante plectendo citatur ad iudicium Dei die post octauo: eo ludens pilâ ait: hæc octaua est, quid mali accidit mihi? Ipsa in voce ex morbo cohorescens extinguitur.

Maniaca passio, dicta S. *Ioannis chorea* in Belgio latè vulgatur, vix arctè vincula liquibant à saltatione cohiberi: fessi collapsique crepare medij putabantur, adeo in visceribus discruciabatur: multi quoq; obsessi ab dæmone visebantur. Quidam recitato symbolo curabantur. Senas vastante peste inguinaris S. *Catharina Senensis* solo iussu multos perfanauit.

AN. M. CCCLXXV. S. *Antonius Pannonus* Inquisitor post Missam à XII. hæreticis occiditur, claret miraculis.

S. *Catharina Senensis* varia spiritu prophético prædicens insignitur Stigmatibus Christi crucifixi, cui adeo familiaris quasi vixit.

D ANNO

ANNO M. CCCLXXVI. CAROLVS IV. imperrat à Papa certis conditionibus, pro Ecclesia militantibus, vt liceat filium Wenceslaum eligi in Regē Roman. proq; electo concorditer, petit eum à Papa consecrari, ac quōdam coronari in Imperatorem: sed difficilem se præbens Papa tardauit, ob Bacchanalem Wenceslai vitam.

S. Catharina Senensis autor Papæ fit Sedis Romam referendæ.

In *Wiclisum*, eiusq; sequaces per Angliam inquit Papa, mandatq; Oxoniensi Vniuersitati, vt resistat hæresibus.

ANNO M. CCCLXXVIII. Urbanus VI. vnanimiter electus, & coronatus, ab Cardinalibus insinuatür Principibus orbis, proq; legitimo agnoscitur. Quia autem declarat se non relaturum Sedem in Galliam, vitiaq; Cardinalium castigaturum; Galli Cardinales desciscunt, eliguntq; Gallum Clementem VII. Antipapam. At hoc cum schismaticis excommunicato, alios ille substituit Cardinales, turbas nequicquam mouentibus Spinello Comite, & Ioanna Sicilæ Regina.

B. Petrus Olai Cisterciensis in Ostrogothia in oratione stans secum constituit nolle scribere *S. Brigittæ* reuelationes, tum indignum se ratum, tum metuens illusionum Satanæ. Etece improviso ei colapho impacto corruit mortui similis. In cellam inter manus deporatus è templo, sub noctis medium sibi redditus pœnam repulsæ inspirationis agnoui, se scriptioni addicens protinus restituitur sanitati, etiam capitis ablatis doloribus, quos à pueritia per-

tulerat. Itaque in famulitium *S. Regine* se dedit eius æmulus sanctitatis & obseruator, atque in plurimis cooperatore existit, ac reuelationum fidelis conscriptor, Regulæq; Ordinis ab ea instituti. CAROLVS IV. obit diem: Succedit WENCESLAVS Rex Romanorum.

ANNO M. CCCLXXIX. Aquilanus Episcopus Schismaticus in processione statuit circumferre statuam Antipapæ gloriose; at ignominiose Urbani icunculam asino impostam. Et ecce sub initium sudum cœlum protinus atrescit; conglobatq; dæmones tonant, fulgurant, fulminant, imbreque effuso plures euertunt: sola Urbani statua intacta perstat & sicca.

Otto Brunsvicensis Ioannæ Neapolitanæ maritus redit ex eo in gratiam Papæ.

ANNO M. CCCLXXX. Apud Leodium Sacerdos sub *Elevatione Sacre Hostiæ* viso ædituum auertere vultum, ratus quod erat, peractis Diuinis eum exorcizat; dæmonque ex eo fatetur se iuuisse ad Antipapæ intrusionem. Quo multi Principes Galliæ permoti, sese schismate abdicarunt.

ANNO M. CCCLXXXI. Bellum rusticum in Anglia sæuijt in sacrum Clerum; fructus id fuit *Wiclisitarum*. Ex his erat *Hugo Aubriottus* Burgundus; is Clero studiosisque Parisijs infestus, ab eis de immanibus flagitijs conuincitur; ac vincitur. Plebs effracto carcere eum consalutat Regem. Perisset; nî fugisset. Hinc hodieque hære-

hæretici ab eo quicumque dicuntur *Hugonotti* per Franciam.

S. Catharina Sueca, *S. Brigittæ* filia, sanctè obit multis corusca miraculis: canonizatur anno 1392.

ANNO M. CCCLXXXIII. *Imago Crucifixi* ab alcatore Moguntia vulnèrata cruore manavit.

Ingentibus quoque miraculis clarescit *Imago Deiparæ*, in Polonia ad Claramontem.

S. Dominici Caluaria dum extracta Lyp'anothecæ argenteæ includitur, patiente sepulcro stella supra astitit semper lucidissima; plurimæq; facta sunt miracula.

ANNO M. CCCLXXXV. Inter ingentia orbe pene toto dissidia ac prælia schismaticorum, *VViclef* paratus in *S. Thomam* Cantuarien. concionari, repente paralyti dirè distortus moritur.

Persecutio in Iudeos, de fontibus toxicatis suspectos, cepit Magdeburgi; indeque per Germaniam totam vulgabatur.

ANNO M. CCCLXXXVI. Dux *Lituaniæ*, factus Rex Poloniæ simul & Christianus, illam huic coniungit: &

ANNO M. CCCLXXXVII. Christo adiungit eandem iam conuersam.

ANNO M. CCCLXXXIX. *VRBANVS VI.* instituit *Iubileum* 33. quo quo anno celebrari, in memoriam annorum vitalium Christi: simul Festum *Visitacionis B. Mariæ* constituit annum ac solenne; & moritur.

S. Edeldreda Regina & virgo magnis & multis illustrat miraculis Ecclesiam.

ANNO M. CCCXC. Digladiantibus per Europam Schismaticis pro Antipapa contra Ecclesiam; dissidij, que intestinis Oriente distracto *Amurathes* regnum Turcarum amplificat ac roborat: *Baiazethes* vero Anno 1391. inuocatus ab factiosis Orientis primus transfretat in solum Orient. Imperij, hodieque tenet: *Wenceslao* ignauia luxuriaq; colliquecente: at *Viris Sanctis* per diuersos Religionum Ordines Ecclesiam miraculis & sanctimonia vitæ illustrantibus.

ANNO M. CCCXCVI. In *Wiclistas* per Angliam exercita sunt iudicia. *Cantuariensi* Archiepiscopo iubente quendam, vt *S. Eucharistiam* adoraret: quo dicente: *Dignior est aranea honore*; ecce continuo grandis delapsa aranea, in os blasphemi se penetrans, eum enecabat.

Osualdus nobilis in *Tirolensi* Comitatu, poscebat sibi maiorem dari *Hostiam Sacram*: quam accipienti terra ad genua dum dehisceret, aræ manum iniecit miser, qua ad instar ceræ cedente, impressis manus vestigijs, is pœnitens seruatus est.

ANNO M. CCCXCIX. *Iudæi* *Posnaniæ* surreptas è *Predicatorum* Ecclesia tres *Sacras Hostias* dispunxerunt, dum sanguine manarent. Re prodita, *S. Hostias* templo collocato honorat *Rex I. adislaus*; & *DEVS* innumeris penè miraculis; quæ *Bzouius* ex *MS. G.* reddit prolixè.

D 2 ANNO

ANNO M. CCCC. Germaniæ Pro-
ceres Electores, Consilio Papæ Bonifa-
cij IX. exauctorato Wenceslao inerte
ac ignavo, Robertum Bauariæ Ducem
elegerunt: qui data fide pro defen-
sione Ecclesiæ Romanæ, Romam accer-
situr turbis componendis.

Episcopus Kijouiensis ab Iuone ibi-
dem Principe, magnam S. Crucis par-
tem accepit dono, Cracouiam perlatu-
rus. Verum ut Lublinum peruenit, equi
figuntur immobiles: Cruce è curru de-
posita, cursu feruntur incito; illa repo-

sita rursus immobiles figuntur. Ex quo
cognoscit decreto Dei relinquendam
ibidem: idq; in templo Prædicatorum,
Episcopus sub concione particulam in-
de sibi dum præcidere conatur, ferrum
in eiusdem manum retorquetur: suppli-
catur Christo crucifixo; resilitq; è vul-
nere ferrum, simul persanato. Exinde
plurimis coruscavit miraculis, & ma-
gno procul accursu peregrinantium
frequentatur vsq; in præsen-
tem diem.

* * *

Et sic continuant duo Sæcla sequentia: De quo
Est nec & Hæreticis iam Quæstio, FINIO. SALVE.



COPPEN-



COPPENSTEINII
 PARALIPOMENA
 QVÆSTIONVM

LVTHERO-CALVINISTICARVM,

Exrecentitis Sæculorum præfatarum

ACTIS.

LECTOR: Quia reddo apud Bellarm. testata; non ipse
 testata facio: idcirco testes citare supercedeo.

QVÆSTIO I.

*Que in meis Luthero-Calvinisticis scholasticè pertractata,
 confirmantur historicè per superius enarrata?*

PERAQVE ferè potiora, quæ
 sunt Facti: Quæ autem Fidei,
 quæq; Iuris Romano. Catho-
 lica, velut Theorica; sunt,
 quam hisce in Historicis, plura in Lu-
 thero-Calvinisticis. Vtrisque tamen
 communia huc ista accensio: exempli
 memoriæq; causâ.

EX THEOMACHIA. Quæst. I. &c.
 S. Scripturæ libri quot, qui sint Cano-
 nici? Quæst. V. &c. Traditiones quæ,
 quales, quatenus ortæ? De Christi Dei-
 tate, ac Humanitate. Quæst. LXXIII.
 &c. De Sanctorum beatitate, Cultu,
 Reliquijs, Imaginibus, Templis, Festis,

Vsuque peregrinationum ac rerum be-
 nedictatum, ac Purgatorio, &c. manife-
 ste omni retrò testatur Historia.

EX ECCLESIOMACHIA. Quæst.
 III. &c. De Regimine Ecclesiæ. Quæst.
 VII. &c. de S. Pontifice: eiusdem v-
 traq; Potestate. Quæst. XXVI. &c. de
 Conciliorum Autore, Præsidi, Forma,
 Conditionibus, & autoritate. Quæst.
 XXXIII. De Ecclesiæ Veritate, Visibi-
 litate, ac Notis. Quæst. XLI. De Cleri-
 corum à Laicis discrimine, Electione,
 Ordinatione, inter sese Differentia, eo-
 rum Cœlibatu, Temporalium vsufu-
 ctu, & Exemptione. Quæst. LII. De
 D 3 Mona-

Monachorum instituto, Votis, Habitu, ac Tonfura, &c. Quæst. LXX. De Lai- ci Magistratus instituto, Potestate, ac Officio. Quæ singula testis nostra et- iam producit Historica Demonstratio.

EX MYSTERIOMACHIA: Quæst. I. &c. De Sacramentorum Cauſſis, Numero, Effectu, Ministris, ac Vſu con- tinuo, &c. tum Omnium, tum Singulo- rum septem, nec plurium, nec paucio- rum. Qualia euidenter docet testis tem- porum ac gestorum historia.

EX CHARITOMACHIA: Omnis Romano-Catholica doctrina de Gra- tia amissa, reparata, eiusque vſu ad Iu- stificationem ac glorificationem, in- de ab origine nominis Christiani repe- rita, & hucusque sancte custodita, per S. Patrum Consensum luculentè de- monstratur. Porro istis Luthero-Cal- uinisticis, ex hisce Historicis, pauca quædam Ecclesiastico-politica vt sub- ijciam, Res, Vſus, Ratioq; postulare vi- dentur.

QVÆSTIO II.

*An S. Petrus Roma sederit, obieritq;
S. Pontifex ibidem?*

Affirmatio docetur in Luthero- Calvinisticis meis *part. 2. q. 8.*

OBIECIUNT Velinus, Calvinus, Illyricus multa historica, apud Bellarm. *lib. 2. c. 5. de Pon- tific.*

I. Autores, affirmantes Petrum venisse Ro- mam, dissentiant in tempore, quando venerit: Oroſius ait, initio regni Claudij: S. Hierony- mus, secundo anno Claudij: Fasciculus tem- porum 4. anno. Passionale 13. anno Claudij.

II. In Petri successoribus mira varietas: Nam Tert. & Hier. ponunt post eum Clementem:

Optatus, Augustinus Linum, Clementem: I- renæus, Euseb. Epiph. Hiero. ponunt Linum Cle- tum seu Anacleum, Clementem: Et jux- ta Cletum & Anacleum faciunt vnum. Quæ discor- dia indicium est falsitatis.

RESPON. Ad I. Sæpe constat de rei substantia; at non de circumstantia: Ita constat de Christi morte in cruce; at controuertitur de tempore: Nam Tertull. Lactantius, &c. volunt ætatis anno 30. Ignatius, Euseb. anno 33. Onu- phrius, &c. anno 34. Irenæus vult annū ferè 50. attingisse. De die ac mente mor- tis maior est diuersitas opinatum. Item, de annis Regum Perſarum, Samuelis, Saulis, &c. Orbis conditi; non tamen de regibus ac Re dubitatur. Ita Petrum Romæ fuisse, historia constat: quando, variat. 2. Deinde: Inter auctores bonos non est discordia: Fasciculus, & Passio- nale sequuntur Marianum Scorum, si- bi ipsi in hoc alibi contrarium; ideoque contemnuntur.

Ad II. Esto, discordetur quis suc- ceſſerit Petro; non tam dubitatur, quin aliquis succederit. Sicut Quis fuerit maritus Estheræ; fuisse tamen aliquem constat. 2. Deinde: Istud constat à Pe- tro ante passionem suam designatum Clementem; ita Tert. Hier. Ruff. Clemens l. 7. Const. c. 37. Anacletus epist. 1. &c. at Cle- mentem sublato Petro, sedere noluisse, dum viuerent Linus & Cletus, Petri ad- iutores. Vnde primus à Petro fuit Li- nus: Ita Epiphanius, Qui autem po- nunt Clementem, ij loquuntur de De- signatione Petri, non de Facto Linus; qui in certamine humilitatis à Clemente se- vinci permisit. Lino succedit Cletus; huic Anacletus: ita Iren. Euseb. Epiphanius. Hier.

Hier. Canon Missæ, ignavius: Ecclesia quoque singulis separata celebrat festa.

II. OBJECTIO eorundem: Petrus non potuit venire Romam ante 18. annos à passione Christi: nam eo factum est Concilium Hierosolymitanum, ait Hieron. cui aderat Petrus. Et Paulus post tres annos à conuersione venit in Iudæam videre Petrum, Gal. 1. & annis 14. post ijt ad Concilium Hierosol. Galat. 2. 2. Deinde: Petrus fuit 5. annis in Iudæa, 7. Antiochiæ, multis peragravit Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bythiniam: interea fluxerunt 18. anni. 3. Adhæc; Petrus 3. non 2. anno Claudij venisset Romam, si ante annum 18. isthuc appulisset. Quia 3. anno liberatus est è vinculis Ierosolymis, Act. 12. Et Dominus mandarat, ne ante 12. annum Ierosolymis recederent, ait Eusebius ex Thrasea: qui 12. annus incidit in tertium Claudij. 4. Demum: Si Petrus sedisset 25. annis, obiisset sub Vespasiano: at hic mitissimus nullos affectit martyrio. Ergo vita Petri Romæ est fabula.

RESPOND. I. Efto, non sederit 25. annis Romæ; Ergo Romæ nunquam fuisset? Sequela hæc nulla est. Attamen sedit isthic 25. annis. Et primum annis 5. in Iudæa moratum Paulus conuenit anno 3. conuersionis suæ. Neque sunt iussi Apostoli omnes persistere Ierosolymis ipsos 12. annos; nam, Act. 8. 9. 10. Petrus anno 5. post Christi passionem obiuit Samariam, Liddam, Ioppen, Cæsaream ante, quam nexus fieret: dein abiit in Syriam, & consedit Antiochiæ: Ex hac obiit vicinas prouincias; ac rediens Ierosolymam vinculatur, Act. 12. moxq; ereptus ijt Romam anno 2. Claudij, qui fuit duodecimus Christi pass. Annis Romæ 7. exactis pulsus redijt Ierosolymam, Act. 18. 9. anno Claudij, Christi pass. 18. Hic verus annorum calculus est, periodusq; Petri. Falliturq;

Onuphrius in annot. in Platinam, Petrum non sedisse Antiochiæ antequam iret Romam; sed postquam Romam venisset ad Concilium Ierosolymitanum. Nam hoc pugnat omni scriptorum antiquitati; pugnat traditioni de festo Cathedræ Antiochenæ, &c. Vide Bellarm. l. 2. c. 5. de Pontif.

III. OBJECT. Paulus ad Romanos c. vlt. iubet multos saluari; siletq; Petri: Ergo Romæ non erat.

RESPOND. I. Scripsit ad Ephesios, nec tamen salutauit Ioannem: nec Iacobum scribens ad Hebræos Ierosolymis. 2. Deinde: tunc Petrus redierat ex vrbe in Syriam.

IV. OBJECT. Romæ Iudæi aiunt Paulo, Act. vlt. Notum est nobis de secta hac, quia vbique ei contradicitur: rogamus autem audire, quæ sentis. Ergo Petrus non fuerat ibi.

RESPOND. I. Iam ante Paulus scripsit ad Romanos Christianos, quam eo veniret: at hoc conuerterat Petrus: & Claudio viuente reuerterant Romam plures è Iudæis antè pulsos iam Christianis. 2. Et nondum conuersi rogabant audire Paulum aduenam, quæ sentiret; non tamen negant, quod Petrum non audissent.

V. OBJECT. Paulus scripsit ex vrbe ad Galatas, Ephesios, Colossenses, Philipp. Hebræos, Timot. 2. & Philemonem: nusquam tamen meminuit Petri.

RESPOND. Negatiua argumentatio ab autoritate nil concludit. Ita nil meminit Matthæus circumcisionis, Marcus præsentationis, Lucas stellæ nouæ, Ioannes Natiuitatis ex Virgine: Ergone falsâ dicentur? Absit.
Sat

Sat est, alios de iis meminisse. Ita & de Petro.

VI. OBJECT. Col. vlt. *Hi soli sunt adiutores mihi in Euangelio.* 2. Tim. 4. *Nemo mihi assistit; sed omnes me dereliquerunt.* Ergo Petrus aberat.

RESPON. Colof. loquitur de domesticis suis adiutoribus; non de Christianis cæteris. Vt 2. Tim. 4. *Lucas est mecum solus.* Dein, apud Cæsarem, qui iuuare cum posset, aderat illi nemo. Nec Petrus eum iuuare quibat, inuisus ipse Cæsari.

QVÆST. III.

Primatus Papæ qui historicè demonstratur?

PRIMATUM PETRI esse ab Institutore Christo collatum; Et Petro ALIQUEM succedere, esse de Iure Diuino: Romanum vero Episcopum ei succedere, esse de fide, euidenterque è Scriptura deduci, licet expresse in ea scriptum non sit; docui in *Luthero-Caluinisticis, part. 2. q. 9. inq. Antichristo. parte 2.* Idemq; porro docet historia facti.

I. CONCILIA. Anno 325. Nicænum Can. VI. *Mos perduret in Aegypto, vel Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est.* Conc. Chalced. ait: *talis consuetudo est: scilicet, Quia Rom. Episcopus ante Concilii definitionem, ita consuevit permittere Alexandrino regimen Aegypti, &c.* Ita Concilium Generale II. Constantinopolitanum, epistola ad Damasum, anno 381. Vbi fatentur Orientales se fuisse, esseq; membra Rom. Ecclesiæ. Item Concil. Generale III.

Ephesinum, anno 431. Vbi causam Iohannis Patriarchæ reseruant Cælestino Vniuersalis Ecclesiæ Pontifici. Sic & Chalcedonense anno 456. Item, Concilium Generale Constantinopolitanum in causa Anitrimi anno 553. Item Concil. Generale Constantinop. VII. sub annum 1199. Lugdunense Generale sub Gregorio X. &c.

II. EPISTOLÆ PONTIFICVM Rom. asserunt Primatum Romanum sub tribus sæculis primis; quæ Calanus & Magdeburgenses vt pura adprobant. vt Clemens epist. 1. Anacletus 3. Euaristus ep. 1. Alexander ep. 1. Pius ep. 1. & 2. Anicetus 1. Victor. 1. Zephyrinus ep. 1. Calixtus ep. 2. Lucius 1. Marcellus 1. Eusebius ep. 3. Melchides 1. Marius ep. 1. In horum epistolæ errores irrepsisse fingunt Sectarii. 2. Sic & Papæ ab anno 600. vsq; huc: Sed hosce asserunt Sectarii fuisse Antichristos. 3. Sic & Papæ Sancti miraculisq; clari in Epistolis suis: Sed eos ambitiosos & arrogantiores fuisse calumniatur aduersarii.

III. S. PATRVM vniuersalis Consensus testatur eundem: Quibus Luthero-Caluinistæ solum opponunt; sed sy-cophanticè, S. Cyprianum, Hieronymum, & Bernardum. At ex hisce ipsos refellit Bellarm. cap. 16.

IV. ORIGO & Antiquitas Primatus Romani euincit idem. Liqueat in meis *Luthero-Caluinisticis, par. 2. q. 11.*

V. AVTORITAS PAPÆ, quam alios in Episcopos orbe toto, quouis seculo exercuit, in eorum Institutione, Depositione, Restitutione, Bellar. c. 18. Item, in Legibus Condendis, Interpretandis,

tandis, Dispensandis, inque Censuris. Item in Vicarijs suis ac Legatis per orbem vniuersum cum Potestate mittendis, in summis quibusq; negotijs ac causis. Item in Appellationibus ex orbe toto nunquam non ritè factis ad Pontificem Romanum, & summum omnium in terris, vltimumq; Iudicem. Horum ac talium locupletissima testis est nostra Historica Romano-Catholicæ Fidei Demonstratio.

OBVICIUNT Lutheræ-Caluinistæ plucula.

I. Concilium VI Generale Chalcedonense decreuit, cuiusque nationis Primatem esse omnium in eadem vltimum Iudicem.

II. Cyprianum omnes Romam Appellationes ex Africa sustulisse.

III. Damasus Papa fatetur, si Concilium provinciale iudicaret, sibi non competere, vt iudicaret.

IV. Concilium Mileuitanum statuit idem.

V. In causa Donatistarum, ait August. epist. 162. contra Cæcilianum iudicasse Papam, iussu Imperatoris; Dein & Arelatensem Episcopum iussu Imperatoris; tertio ab Imperatore ipso.

VI. Papa Zozimus, Bonifacius, Cælestinus voluerunt Africanis ius Appellationis Romam probare ex Conc. Nycæno; in quo tres ij Canones reperti non sunt.

RESPOND. AD I. Ægrè docebitur, eo tempore fuisse Primates nationum. 2. Nicolaus I. epist. ad Michaëlem Imp. docet alium nullum significari voce *Primus*, quam Romanum; penes quem erat, estque vltimum iudicium. 3. Demum Canon Chalcedonens. non agit de iure Appellationum; sed de primo iudicio Episcopi Constantinopolitani per Orientem; à quo tamen datur Appellatio Romam.

AD II. S. Cyprianus ægre tulit manifeste conuictos appellare Romam;

Non autem sustulit appellationes: quin dilaudat necessarias factu Romam.

AD III. Ea epistola affingitur S. Damaso. Deinde: Non conuenit Papam iterum iudicare, si Concilium rectè iudicauit; sed iudicium confirmare potest.

AD IV. Statuit de Presbyterorum, &c. appellationibus ab Ordinario, non de Episcoporum: quos Concil. Sardicense, pene idem cum illo, voluit posse Romam appellare. Id patet ex S. Augustin. epist. 162. qui illi interfuit Concilio.

AD V. Donatistæ causam eam detulerant ad Imperatorem: hic Papam iussit iudicare: & vero hic benè, illi malè, ait Augustinus. Papa vero permisit secum assidere ab Imperatore assignatos, vt satisfaceret Donatistis. Et tamen post Papam iterum iudicare permisit Arelatensem, & Imperatores, ex indulgentia, non ex Iure: quo Donatistis ora obstruerentur.

AD VI. Is Canon non est ab Africanis Episcopis repertus in Nycænis Canonibus: quia plures tales in eodem non referuntur ab Rufino, qui tamen à Conc. Sardicensi recitantur, vt statuti in Nycæno etsi non missi ab Nycæno ad Africanos. *Bell. l. 2. cap. 25.*

QVÆST. IV.

An Papa iudicio humano subiacerit unquam?

NON subiacere docuimus aliunde in Lutheræ-Caluinistæ p. 2. q. 12. Docent idem Concilia. Sueffianum: *Prima Sedes à nemine iudicatur.* Romanum

E anno

anno 280. Neque ab Augusto, neque ab Regibus, neque ab omni Clero, neque à populo iudicabitur Prima Sedes. Dioscuro Episc. Alex. aufo in Ephesina II. Synodo anno 449. iudicare Leonem I. tota Ecclesia exhorrescens hoc scelus, eum condemnauit, anno 451. dicens: *Aliorum hominum causas DEVS voluit per homines terminari: sed Sedis istius Prasulem suo, sine quaestione, reseruauit arbitrio.* Quia, ait Concilium Roman. sub Adriano II. anno 896. act. 7. Rom. *Pontificem de omnium Ecclesiarum Prasulibus iudicasse legimus; De eo verò quenquam iudicasse non legimus.* Quid, quod nec Clerici queant ab Imperatore, aut Regibus iudicari?

OBIECIUNT multa: In his & ista.

I. Christiani Imperatores saepe iudicarunt ac deposuerunt Papas. Nam Constantius deportauit Liberium anno 355. Iustinianus anno 526. Syluerium: Theodoricus Rex Ioannem I. anno 526. carcere clausit. Otto I. Imperator deposuit anno 963. Ioannem XII. eique surrogauit Leonem VIII. Henricus III. deposuit Gregorium VI. & Clementem II. iussit ordinari, &c.

II. Papæ seipfos fatentur Imperatoribus subiectos. Vt Gregorius apud Gratianum *Can. si quis. 2. quest. 2.* Hadrianus I. concessit Carolo Magno ius eligendi Papam, & ordinandi Sedem Apostolicam. *dist. 63. can. Hadrianus.* Item Leo VIII. *Or. oni. 1. dist. 63. can. In Synodo.* Item Leo IV. petit iudices ab Ludouico Imp. seque paritum promittit.

RESPON. AD I. Iure, an iniuria? Quali si manus caput à ceruice recidat. Nam 1. Liberium iniuste pulsus constat supra ann. 355. ex S. Athanasio. 2. De Syluerio an. 526. ex S. Gregorio. 4. Constantius & Theodoricus erant Ariani, Iustinianus fuit Eutychianista; qui pari iure Papas

deposuerunt, quo ethnici occiderunt. 5. Ioannem XII. deterrimum pius Otto I. bono zelo deposuit; sed non secundum scientiam iuris Ecclesiastici, quam ignorabat, & qua vetabatur. Vide anno 963. 6. Henricus III. anno 1046. persuasit Gregorio sponte cederet, vt simoniace Sedem ingressus: quo cedente electus est Clemens. Sic Otto Frising. l. 6. c. 32. Et ad Concilium inuitatus ab Imperatore cui præsideret ipse sui iudex, compunctus veniam errorum petijt, seq; abdicauit.

AD II. Gregorius prouocat ad iudicium Dei, adq; iuramentum, *ante Confessionem B. Petri mecum iuste deceret; quatenus ibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam.* Hadrianus, & Leo concesserunt Imperatori solum vt CONFIRMARET factam Electionem Papæ defensionis: Ac temporalem principatum ordinaret ad quietem contra factiosos, ob crebra schismata, ob infectos Longobardos & Græcos: Quibus cessantibus causis duo ea priuilegia sunt reuocata. LEO IV. subiecit se Imperatoris iudicio Discretionis, non Coactionis: *2. q. 7. can. Non si incomp.*

QVÆST. V.

An Papæ iudicium in rebus Fidei fuerit aliquando falsum, sitq; Fallibile?

THEOLOGICA reddidimus in *Lutbero. Caluinist. par. 2. q. 14. & 15* Ecce nunc Historica.

I. Non posse falli in Fide, Christiani fallibilis Vicarium in terris Papam, testati sunt Papæ sanctissimi; vt quibus in pri-

inprimis esse nota debuit suæ Sedis authoritas ac priuilegium. Vt S. Lucius I. Papa & Martyr epistol. 1. ad Episcopos Hispaniæ & Galliæ, sub annum 256. S. Felix I. Epistola ad Benignum sub annum 273. S. Leo I. sermo. 3. de assumptione ad Pontificatum, sub annum 449. S. Agatho sub annum 683. epistola ad Constantinum Imperatorem, quæ in Synodo sexta act. 4. lecta est, & approbata. S. Nicolaus I. epistola ad Michaëlem Imperatorem sub annum 861. Leo IX. epistola ad Petrum Antiochenum sub annum 1053. Innocentius III. epistola ad Episcop. Arelatensem, sub annum 1206.

II. Huc eodem conspirat Consensus Sanctorum Patrum ac Scriptorum ex S. Scripturæ testimonijs, apud Belarm. lib. 4. c. 3.

III. Duplex accedit Experientia. Prior: Omnes Sedes Patriarchales desierunt aliquando à fide, sic, vt hæretici in ijs sederint; exceptâ Romanâ solâ. Nam in *Constantinopolitana* sederunt Macedonius anno 342. Nestorius anno 429. Sergius, &c. In *Alexandrina* Gregorius, & Lucius Ariani. Dioscorus Eutythianus, Cyrus Monothelita, &c. In *Antiochena* Paulus Samofatenus, Petrus Gnaphæus Eutythianus, Macharius Monothelita, &c. In *Hierosolymitana* Ioannes Origenista, Eutythius, Irenæus, Hilarius Ariani, &c. In *Romana* hæresis nulla fuit exordiu.

Alterâ Experientia: Papa solus sine Concilio plures hæreses damnauit, vt Pelagij, Priscilliani, Iouiniani, Vigilantij, &c. quos ob solius damnationem orbis totius pro hæreticis agnouit.

IV. Graues sese tulerunt occasiones transferendæ Sedis Romæ; sed noluit eam ab Vrbe vnquam separari Deus; qui eam isthic figi iussit translata Antiochiâ: vt asserit S. Marcellus Papa & Martyr in epistola ad Antiochenos; & S. Ambrosius orat. de tradendis ecclesijs, ait, Christum voluisse vt Romæ moreretur Petrus, dicentem fugienti Venio Romam iterum crucifigi, scilicet in Te, vt Sedem firmes morte. Similia & S. Leo serm. 1. de Natali Apostolorum.

Et hæc cum sint Narrata Pontificum historica; non autem Decreta, ideo non sunt de fide.

OBIIICIUNT ERRORES PONTIFICIOS Luthero Calvinistæ.

I. Petrus bis in fide errauit, Christum negando, Matth. 26. & cogendo Gentiles Iudæizare.

DICO: Cum negauit, nondum Papa fuit; factus enim est post resurrectionem Christi, Ioann. vii. Pasce oues meas. Dein ore, non corde negauit; perdiditque Confessionem fidei, non Fidem. Istud de gentilibus, error erat Conuersationis, non Prædicationis, vt ait Tertull. l. de præscript. Vnde Matth. 23. *Quæ dicunt, in Cathedra docendo, facite; quæ faciunt, nolite facere.*

II. Linus ridiculus est; ne mulier, nisi capite linteis operto, templum ingrederetur.

DICO: Ast addidit, propter Angelos, vt 1. Cor. ii.

III. Anacletus struxit & ornauit Memoriam S. Petri.

AT dignus erat; cui & Constantinus extruxit basilicam, ac ditauit.

IV. Telephorus Quadagesimam instituit, Missas cumulat, & ritus earum: Clericorum sanctitatem nimium effert supra plebeiam.

At hæc centuriatoribus displicent, quia discrepant à regula Lutheri: qui idcirco hæreticus fuit.

V. *Victor* arguitur docuisse Christum purum hominem.

At principem huius hæresios Theodotum Victor excommunicavit.

VI. *Zephyrinus* Montanizat agnoscendo prophetias Montani, teste Tertulliano.

At Tertullianus fuit Montanista, iactans sentire secum Papam: sicut Artemon speravit stare secum Victorem. Quod autem Montano reddiderit pacem; is error fuit circa personam, non fidem.

VII. *Vrbanus* instituit Confirmationem post Baptismum.

At mentitur iniquitas sibi: nam ante Vrbanum meminit Confirmationis Tertullianus.

VIII. *Pontianus* scripsit, Sacerdotes ore proprio conficere Corpus Domini, præbereque plebi, ac sacrificari.

At dicunt contra Scripturam, Patres, & omnem retro Antiquitatem.

IX. *Cornelius* docuit, in Calice solam aquam offerri: ideo Cyprianus lib. 2. epist. 3. ad Cornelium multa disserit contra errorem eundem.

At ea epistola est ad Cæcilium Africanum Episc. Et non dicit ita docuisse Cornelium.

X. *Marcellinus* sacrificavit idolis.

At nec docuit contra fidem, nec hæreticus fuit; sed lapsus personæ ex metu, non Papæ: Lapsus actu externo, non interno: Et mox se ipse abdicavit Papatu.

XI. *Liberius* fuit Arius.

At i. vsque ad exilium suum fuit acerrimus Romano Catholicæ fidei propugnator: ut multi magni testantur:

Itemq; & post exilium suum, nolens recipere Macedonianos, nisi eiurata hæresi: Itemq; & post mortem habitus est in fide integer: etsi subscripsit contra S. Athanasium; Et, cum hæreticis communicavit; non tamen directe Fidem negavit. Quia persecutores Athanasij Mores prætexebant, non Fidem: Et ij sese Catholicos fingeant. Arguitur tamen ab S. Hieronymo hæresios interpretatiuè, non expressè.

XII. *Felix II* fuit Arius, & Arius communicavit.

At communicans nondum erat Papa: cumq; Papa esset, in persecutione in Arius martyrio consummavit. Historia hæc est: 1. Liberio in exilium deportato, anno 355. Romanus Clerus iuravit, se eo viuo alium non admissuros.

2. Interim operâ Acacij & Arianorum Felix Romanus Diaconus sufficitur; qui cum ijs ob hoc beneficium communicavit; sed pleudopapa, cum quo tunc nemo Romanorum communicabat.

3. Biennio post contigit lapsus Liberij: tunc Clerus Romanus abrogato Liberio Felicem agnouit, ut Catholicum, & ex tunc verum Papam: Qui etiam Constantium Imp. Visacium ac Valentem Arius fortiter excommunicabat.

4. Idcirco in urbem reuerso Liberio Felix ab Arius eiectus est, breuique post mortuus pro vera fide, ut Martyr, & aratus S. Gregorij; coliturque in Sanctis.

5. Tunc Liberius iterum se reconciliauit Clero vere Catholicus, rexitq; vsq; ad mortem.

XIII. *Leo*, Felicis successor, fuit Arius obij: q; ut Arius.

At Damasus successit Felici I. estq; is Leo

is Leo fectus: Forsaū inde, quod Libe-
rius vt Leo sc̄uerit.

XIV. *Siricius* Coniugium vocauit pollutio-
nem, ait Caluinus.

AT mentitur; nam loquitur Siricius
de fornicatoribus, qui post p̄nitenti-
am reuertuntur ad priorem fornicatio-
nem.

XV. *Innocentius I.* negauit velatam lapsam
recipi ad p̄nitentiam, nisi mortuo complice.
2. Arianorum baptismum esse ratum, scripsit;
sed non conferre Spiritum Sanctum: quali ef-
ficacia baptismi penderet à bonitate ministri.
3. Qui duxit viduam, eum fieri Sacerdotem
non debere; quod est Iudaizare.

AT scribit de ea non recipienda, quæ
noluit respiscere nisi mortuo compli-
ce. 2. Loquitur de hæreticis baptiza-
tis per hæreticos, qui Sacramentum ve-
re suscipiunt; non autem Rem Sacra-
menti, seu gratiam iustificantem. 3. Ar-
gumentatur à simili, aut à maiori: si in
lege veteri tenebantur: magis in Noua
tenebuntur, &c.

XVI. *Celestinus* fuit Nestorianus, vt ait Lau-
rent. Valla.

AT mentitur apertè: nam Nestoria-
nos damnauit, teste Prospero.

XVII. *Leo I.* docuit non peccare mulierem,
si nubat alteri viro, putans priorem viuere, at
nunquam rediturum. Sique primus reuersus
eum nolit, posse alterum retinere.

AT scripsit epist. 79. putans priorem
mortuum, ducensq; alterum, non pec-
cat: Putans non rediturum, ducensque
alterum, verè peccat.

XVIII. *Gelasius* docuit Impanationem in
Eucharistia: Et non posse absque sacrilegio v-
nam sumi partem synaxios absque altera: Aut
igitur ille errauit: aut hodie errant Pontificij.

AT liber de vita Gelasij est Gennadij
ad Gelasium: Aut est Gelasij Cæsarien-

sis. Deinde: In canone eo dist. 2. apud
Gratianum loquitur de Sacrificante;
non de laico Synaxin agente.

XIX. *Anastasius II.* sine Concilio Ecclesie
communicauit cum Photino. 2. Voluit ocul-
tè reuocare Acacium, damnatum à Felice &
Gelasio. 3. Approbauit baptismata & ordines
collatos ab Acacio har.

AT Acacius obiit tempore Felicis,
anno 488. à quo tertius erat Anastasius,
qui anno 519. iussit eius nomen è Dypti-
chis eradi. Deim, licet Papæ sine Con-
cilio statuere, & agere, & absolvere ex-
communicatum. De baptizatis, ordi-
natisq; per hæreticos dictum supra.

XX. *Vigilius* anathematizauit confitentes in
Christo naturas duas.

AT damnauit viuente Syluero verò
Papa, cum is nondum erat Papa verus,
nechæreticus animo, sed scripto facto-
que nefario. Nam Anthemio per S. A-
gapetum Papam deposito ab Episcopa-
tu, Imperatrix orauit eum restitui: no-
lente Syluero successore Agapeti, Vi-
gilius addixit se restitutum eum, si ad
Papatum promoueretur. Promouetur
pulsio per Belisarium Syluero in exiliū.
Vnde vt Antipapa errauit Vigilius in
facto ex cupiditate. Romæ Romanos
metuens catholicè vixit, egit, docuit,
sensit: & scripto ad Imperatricem se hæ-
reticum simulauit. Mortuo Syluero se
contra Imperatricem obiecit pro fide,
contraque Anthemium: quocirca & in
exilio obiit sanctus.

XXI. *S. Gregorius I.* permisit Presbyteris
conferre Confirmationem, quod Episcopo-
rum est tantum, vt docet Durandus & Adria-
nus.

AT ordinariè est id Episcoporum:

E 3 extra-

extraordinariè etiam inferiorum: Ac permittit hæc per absentiam Episcoporum.

XXII. *Bonifacius V.* docuit, Christum à solo peccato originali nos redemisse.

At non à solo ait, sed *principaliter* ab eo communi orbis peccato; nam non omnes habent actualia.

XXIII. *Honorius I.* fuit Monothelita, ad probans doctrinam *Sergij* hæresiarchæ, iussitque nõ dici debere, Christum duas habere voluntates, aut Operationes. 2. In Synodo VI. damnatur ut hæreticus, exustis eius epistolis, actibusq; cassatis. 3. Item in Synodo VII. 4. Item in VIII. 5. Item in epistola *Agathonis* ad Constantinum Imp. 6. In epistola *Leonis II.* 7. Item varij Scriptores Græci ac Latini idem de ipso testantur.

At nullus est in eius epistolis error: nam Rem confitetur, esse duas in Christo naturas & operationes; solum Nomina vetat nouata: Hocq; prudenter: Quia tunc nihil dum erat de ijs auditum in Ecclesia, neq; definitum: metuensq; schisma grande nitebatur contendentes desuper conciliare; neq; vnam docuit solam, nisi humanam; neque duas contrarias; neq; duas conformes sibi negauit vnquam.

Ad II. Inter eos, qui in Synodo VI. damnantur, nomē *Honorij* est ab æmulis Romanæ Ecclesiæ insertum, teste *Athanasio*; pro more Græcorum, qui III. IV. V. & VII. Synodos similiter deprauarunt. Et *S. Agatho* scribit, nullum suorum Prædecessorum vnquã errasse: per quem fuisse *Petrum* locutum fateatur concilium VI. approbatq; epistolam *Agathonis*. Esto: Errarit in hoc Concilium VI. (quod tamen non do:) fuisset error facti, non fidei, &c.

Ad III. Synodus VII. secuta est sextam aut corruptam, aut lapsam.

Ad IV. *Adrianus* ait ab Orientalibus damnatum *Honorium*: at non ab Occidentalibus.

Ad V. *Agatho* nusquam eum damnauit.

Ad VI. Epistola *Leonis* est deprauata, vti & VI. Synodus.

Ad VII. Plures, & grauiores scriptores testantur pro *Honorio*.

XXIV. *S. Martinus I.* docuit Nouatianismum, Non dandam esse veniam lapsis post ordinationem Presbyteris & Diaconis.

At vult grauius lapsos deponi à gradu suo: resipiscentes donari veniam; non tamen restitui ad ministeria.

XXV. *Gregorius III.* iussit reordinari, quos Romanus Papa non ordinasset. Item vxore ad reddendum debitum morbo impedita, virum possedere aliam.

At vtrumq; mendacium. Nam iussit ordinari ordinaros ab non veris Episcopis. *Dein*: *Gregorius* loquitur de impotentia perpetua, aut naturali: Lutherani vero docent illud etiam de morbo temporali.

XXVI. *Nicolaus I.* docuit, Baptismum in solo nomine Christi collatum, & non cum expressa S. Trinitate, esse ratum: etiam contradicente Euangelio, Pontificumque Decretis.

At vt Doctores priuatam opinionem tradit, non definiit vt Papa. Nam ea *S. Ambrosij* etiam opinio falsa est: ac nou hæretica. Nec enim definitum est implicita, an explicita esse debeat trium Personarum nominatio.

XXVII. *Stephanus VI.* &

XXVIII. *Sergius III.* irritarunt Acta Formosi antecessoris, ordinarosque ab eo iusserunt reordinari: quasi Sacramenta penderent à bonitate

nitate ministrorum. Ideo *Ioannes IX.* irritauit acta *Stephani VI.* approbans acta *Formosi*. Postea iterum *Sergius III.* acta *Ioannis* irritauit, & adprobauit *Formosi*.

DICO: *Stephanus VI.* & *Sergius* errarunt, sed in quæstione facti, non iuris: & malo exemplo, non doctrina. Historia est talis. *Formosus* à Cardinalatu & Episcopatu depositus per *Ioan. VIII.* cessit *Vibe*, iurans se nunquam ad eam aut Episcopatum rediturum. Mortuo *Ioanne Martino II.* absoluit eum ab incauto iuramento, ac restituit in integrum: Nec diu post creatus *Papa Formosus* sedit annis quinque. *Stephanus VI.* succedens mortuo negat in Concilio, fuisse eum *Papam* legitimum, actaque eius irritat, ordinatos ab eo cogit reordinari. *Papæ* tres succedentes discernunt, *Formosum* fuisse verum Pontificem; irritantq; iudicium *Stephani*. Demum *Sergius III.* stetit pro *Stephano*. Qua in tragædia quæstio erat; An *Formosus* fuerit *Papa* legitimus? Fuit, inquam: erraruntq; *Stephanus* & *Sergius*. Qui error erat facti personalis; non iuris, aut doctrinæ.

XXIX. *Ioannes XIII.* instituit baptizari campanas.

AT solum benedictæ dedicantur cultui diuino, sicut templa, aræ, calices.

XXX. *Syluester II.* fuit necromanticus, & in templo crucis *Ierosolymæ* ab diabolo discerptus.

AT eius sepulcrum hodieq; est in *Laterano*: & anno quinto post mortem *Sergius IV.* posuit ei epitaphium, vt Sancto: Et nemo *Scriptorum* fabulâ attestatur; multi vero sanctitatem vitæ ipsius. Fuit Geometer insignis, & indoctissimo sculo

Mathematicus vulgo magus habebatur.

XXXI. *Gregorius VII.* fuit hominum deterrimus magus, hæreticus, &c. *Benno* Cardinalis testatur, 1. Quod per vim militarem inuaserit *Papatum*. 2. *Henticum IV.* in fontem excommunicarit. 3. *Berengerianus* fuerit. 4. *Simoniacus*, magus, adulter, homicida.

AT 1. *Benno* fuit eius iuratus hostis, Cardinalis *Antipapæ*; & solus talia prodit; cæteri *Scriptores* omnes contraria. Et *Benno* moriens iniuriam suam testatus est: & suam *Papa* innocentiam canonico iuramento purgavit. Vide *Belarm. lib. 4. de Pontif. c. 13.*

XXXII. *Alexander III.* vetuit sub excommunicatione, Ne ullus rescindat testamenta coram tribus facta testibus.

AT contrarium praxis tenet orbis *Christiani*. Talem tamé Canonem tulit, sed suis solum subditis in temporalibus. Sic *Canoniste* in c. cum esses, de testam. Aut is solum de legatis pijs est intelligendus.

XXXIII. *Celestinus III.* docuit hanc hæresin: Si alter coniugum fiat hæreticus, licere alteri inire aliud matrimonium. Et contrarium decreuit *Innocentius III.* ac *Tridentinum*.

AT neuter decreuit; solū suam quisq; sententiam edixit, vt *Doctor*. Qualia plura sunt in *Decretalibus*.

XXXIV. *Innocentius III.* docuit, Legem veterem nondum esse planè abrogatam.

AT docet in *Deuteronomio* multa tradi, quæ figuratè pertineant ad *Novum Testamentum*. Quod liquet.

XXXV. *Nicolaus IV.* definit, *Christum* verbo & exemplo docuisse perfectam Paupertatem, in abdicatione & rerum, & dominij; idq; in communi, & particulari: ac talem esse meritariam. *Ioannes XXII.* vero docet, hoc esse hæreticum.

AT

AT I. Ioannes dicit, in rebus vsu consumptibilibus non posse Vsum separari à Domino: Nicolaus ait posse: vt, panis vsu habent religiosi ad vescendum; non dominium ad alienandum. 2. Nicolaus ait, Talem esse meritoriam: negat Ioannes; definit neuter. 3. Christum docuisse verbo & exemplo perfectam paupertatem aliquando; aliquando minus rigidam, asserit Nicolaus; negat Ioannes: Neque tamen pugnant. Quia Christus paupertatem in communi minus rigidam semper docuit, & tenuit: at rigidam in Particulari etiam quandoq; & tenuit, & docuit.

XXXVI. Ioannes XXII. docuit, Animas Beatorum non visuras Deum ante resurrectionem. Huc Melanch. & Caluinus accumulunt mendacia.

AT in Ecclesia nondum erat id definitum, quando ita sentit: Dumq; definitionem molitur, moritur. Pridie mortis vero opinionem reuocauit: & declarauit, se nunquam statuisse secum Definire. Mendacia Caluini sunt: Gersonem perdere, quod Ioannes negat immortalitatem animarum: Et nullum Cardinalium ei contradixisse: Et idcirco Regem Gallia suis interdixisse communionem Ioannis: Eaque causa Papam abiurasse errorem.

XXXVII. Ioannes XXIII. negauit vitam futuram, & carnis resurrectionem.

AT is tunc inter tres Papas incertus fuit vnus, id est, non Papa. Deinde non potuit in Concilio conuinci, quod ita sentiret, aut docuisset.

XXXVIII. Benedictus XIII. in Concilio Constantiensi damnatus est hæresios.

AT & hic fuit vnus è tribus incertis, id est, non Papa.

XXXIX. Eugenius IV. in Concilio Basiliensi est Papatu deiectus ob hæresin.

AT idem Concilium Lausanae continuatum declarauit eum infontem, prioraque acta cassauit, re melius comperita.

XL. Innocentius VIII. Nortuegis permisit, vt sine vino celebrarent.

AT I. desuper non edidit decretum. 2. Permisit solum in altera specie consecrarent; quod in Nortuegia vinum protinus acescat. 3. Si errasset, factus, non dogmate errasset. 4. Non habuissent tunc vinum ad Missam; cum habeant nunc ad Cœnam? Atq; ista pleraque corraferunt Centuriatores Magdenburgenses.

QVÆST. VI.

An Papa habeat Iurisdictionem Temporalem directe Iure Diuino?

I. **N**ON Orbis totius: Quia non Infidelium, qui iuste regna tenent, estq; parendum ijs. Dicitur tamen Monarcha orbis, sed spiritualis in Christianos.

II. Non Orbis Christiani: Quia id è Sacra Scriptura constare deberet, aut Traditione Apostolica: at neutrum. 2. *Dei*, Christus non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia. 3. *Tum*, si Papa sit totius orbis; Episcopi forent singulorum ciuitatum: at non hoc: Ergo nec illud. 4. *Demum*, ipsi Papæ fatentur sapius idem, apud *bellarm. l. 5. de Pont. c. 3.*

III. Non vilius loci. 1. Quia Christus in terris homo degens, noluit vilius loci directum habere dominium: At Christi Vicarius est Papa: Ergo. Nam Christi

Christi, quâ Dei, regnum est æternum; Ergo non temporale: Quâ Hominis, *regnum meum non est de hoc mundo*: Ioan. 18. Non hæreditario: quia iam tum, Ierem. 22. *non erat de semine eius vir, qui sederet super solium Dauid*, cessante successione. 2. Non ex Electione; quia, hanc fugit, Ioan. 6. 3. Non Iure belli: nam solum cum diabolo bellans acquisiuit regnum spiritale in cordibus per fidem. 4. Non Donatione: nam *Regnum meum non est hinc*, vt cæterorum regum. Idcirco nunquam exercuit temporale Dominium, qui *venit ministrare*: Eiecit negotiantes templo vt Sacerdos, non vt Rex. Ergo regnum Christi fuit spirituale tantum, quod æternat solum soli DEO.

I. OBIICIUNT, Matth. 18. *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.*

AT spiritualis sola, aiunt S. Patres.

II. OBIICIUNT Luc. 22. *Ecce duo gladii hic.*

AT vterque spiritualis, sed huius, vno; istius alio modo sit vsus.

III. OBIICI. Omnes lites, iuxta Spirituales & Temporales, ad Papam pertinent de iure. *Can. Quicumque. & Can. Quacunque, 11. q. 1.*

AT Theodosius ita ex pietate, non ex debito, detulit Ecclesiæ; nec soli Papæ, sed omnibus Episcopis. Estque iam per alios Canones abrogatus is Canon.

IV. OBIICI. Vacante Imperio Papa succedit, donec alius sit electus. *cap. licet; De foro competentis, & Con. Vitem.*

AT succedit solum in autoritate terminandi lites, quæ à solo Imperatore iudicari solent; quæque moram non ferunt: non in omnibus alijs. Idque quia causæ, quæ non queunt per sæculares definiri, deuoluuntur ad Spirituales Iu-

dices. Atq; hæc Nos inter & Luthero-Caluinistas nil controuertuntur: solum Orthodoxi disputant.

QVÆST. VII.

An Papa habeat Iurisdictionem Temporalem indirectè Iure Diuino?

LUTHERANI pariterque CALVINIANI negant duo: I. Papam vt Papam, vilo iure habere vllam potestatem Temporalem: aut posse imperare sæcularibus Dynastis; minus priuare regnis, aut dominio.

II. Nec Papæ, nec Episcopis licuisse dominium temporale acceptare Domino, vel vsu: quod Ius Diuinum prohibeat vni vtrumque Gladium committi: adeo hæc vna sit notarum Antichristi. Ita *Magd. Cent. 1. l. 2. c. 4. & cent. 8. 9. 10. 11. c. 10. Caluinus Inst. 4. c. 11. §. 8. 9. & c. Petrus Martyr in Rom. 13. Brentius in Proleg. contra Soto, &c.*

III. POLITICI posteriores dant Religioni & Ecclesiæ, vt seruæ; primas vero Politicæ, vt Dominæ. Sic Machiavelistæ, &c.

AUTOR. Cum Politicæ finis sit Pax temporalis; Ecclesiarchiæ, salus æterna; istam huic subordinari, ac subseruire, velut Animæ corpus, Theologiæ Philosophiam, necesse est; siue coniunctæ, seu disiunctæ teneantur. Neque tamen Spirituales iurisdictionis se miscet Temporalis, aut contrà; nisi quando inferior abierit à fine superioris, huicque derogarit: tunc superiorem iure suo, ac vi etiam, in subiectam vt politiam oportet.

I. Hinc Papæ, vt Papæ, ordinarium
F ac pro-

ae proprium non est, *seculares Principes* ponere, aut deponere: extraordinariè tamen potest transferre, mutare, dare regna, &c. vt *Supremus Princeps Spiritalis*, ad *Finem* consequendum salutis.

II. Par est ratio in *Legibus* rogandis, aut abrogandis politicis. Vbi hæc regula obtinet: *Si Imperatorie & Pontificie leges inueniantur contrarie, in re animas concernent; tunc Imperatoria abrogatur per Pontificiam: At contrarie in re civili, animas non attinente; tunc seruanda est utraque, hæc in foro Ecclesiastico, illa in civili.*

III. Par ratio constat in *iudiciis exercendis*; de politicis negotijs iudicat Politicus ordinariè; Ecclesiasticus incidenter; quatenus *Finis* spiritualis necessitas postulat. Ista sic docentur, I. Ratione. II. Exemplis.

I. RATIO. Potestas civilis subest spiritali, vt vnus *Reipublicæ Christianæ* partes, in ordine ad vnum finem vltimum: Ergo *Spiritalis* potest eatenus imperare *Ciui*. 1. Quia lib. 1. *Ethic.* c. 1. *Ita Facultates* subordinantur, sicuti *Finis*: at *Politix* temporaria felicitas subordinatur æternæ: Ergo & Potestates pariter. 2. Quia *Ecclesiastici & Laici* vnâ constituunt *Ecclesiam*, nō duas *Respublicas*. Vnde *Roman.* 11. *Omnes vnum Corpus sumus*: etsi, 1. *Corinth.* 12. *in corpore plura sint membra*, sed *connectione* inuicem dependentia, in ordine ad *Vnum Summum & Vltimum bonum*. Si que huic aduersetur regendi modus politicus: hunc mutare *Princeps* tenetur; sin, cogetur pro iure *Ecclesiæ*, & felicitatis æternæ; etsi vel cum

detrimento *politix*: vt caueatur *damnum Ecclesiarchiæ*.

II. RATIO. *Perfecta Respublica* debet esse sufficiens sibi in ordine ad suum *Finem*: Ergo & habere debet omnem *Potestatem* isthuc necessariam. At *Ecclesiarchia* est perfecta; Ergo habet, vt *Superior*, *Potestatem* in *Inferiorem*, fini suo consequendo. Hinc *Ecce duo gladij hic*, vna in manu *Petri*, *Spiritalis & Sæcularis*: & *Satis est*. Non respondit *Dominus*, *Nimis est*, ait *S. Bernardus* lib. 4. de *Confid.* *Quem eo in libro*, ait *Caluinus*, *Inst.* 4. c. 11. §. 10. *Ita loqui, vt Veritas ipsa loqui videatur.*

III. RATIO. *Christianis* non licet *Regem infidelem*, aut *hæreticum* tolerare, si contra *Finem* vltimum, eos peruertere moliantur. At iudicare de hæresi aut infidelitate est *Papæ* proprium: Ergo & de *Rege ipso* seruando, aut mouendo. 2. Ideo, *Deuteronom.* 10. *verantur fideles eligere Regem*, qui non sit de *fratribus* suis: Par autem est, *Eligere infidelem*, & *Non deponere infidelem*; si possit. 3. Hinc, 1. *Corinth.* 6. *iussi fideles constituere iudicem causarum suarum fidelem*; ne apud *infidelem* litigare cogentur. 4. *Dem.* Cum *Ius Diuinum*, & *humanum* pugnant; *fideles* *Diuinum* sequi tenentur, vt est *Ius Religionis*: at *humani iuris* est hunc, aut illum habere *Regem*. Ergo. 5. *Coniux fidelis* liber est ab obligatione *comparis infidelis* conuerti nolentis, 1. *Corinth.* 7. Ita *subditus fidelis* ab *infideli Rege*.

IV. RATIO. *Recipiuntur Reges* ex infidelitate ad *Fidem* cum expulso, vel tacito pacto, vt se subiciant *Ecclesiæ*,

fiæ, Fidemque tueantur : Ergo desciscientes possunt ab ea iudicari, ac depōni aduersantes Fidei.

V. RATIO. *Pasce oues* : id est, omnem habeto potestatem tuendi oues; scilicet, Lupos arcendi, Arietes coërcendi, Oues seruandi. Athæc potestas Papæ est.

EXEMPLA POTESTATIS
ECCLESIASTICÆ
in Politicam.

I. Ozias Rex, 2. *Paralipom.* 26. Sacerdotium usurpans sibi, ab Pontifice est & vrbe, & regno motus, vti à Deo lepra percussus, cuius iudicium est Pontificis, *Leuitic.* 13.

II. Athalia tyranna, 2. *Paralipom.* 23. fouit cultum Baal : Pontifex eam interfici iussit : constituitque Ioiada Regem.

III. Theodosium S. Ambrosius excommunicauit, exclusitque Ecclesiã, ob eadem Thessalonicensem : præceptoque coëgit ferre Legem ; ne lata sententia mortis, aut confiscationis intra XXX. dies executioni mandaretur.

IV. S. Gregorius I. ita scribit pro monasterio S. Medardi : *Si quis Regum, Iudicum, &c. Apostolica nostra præceptionis Decrèta violauerit, &c. honore suo priuetur.*

V. Gregorius II. Leonem Iconomachum multauit imperio Occidentali.

VI. Zacharias Francorum Chitdericum deposuit, deditque regnum Pipino; quod sub illo corrueret religio.

VII. Leo III. transtulit Imperium à Græcis ad Germanos; eò quod Occidentali Imperionò opitularentur. Atq; ex eo tempore solenne est, ab Imperatore præstari Papæ iuramentum fidelitatis; & à Papa confirmari Imperatorè; licet absolutè necessarium non sit.

INSTANT Sectarij dupliciter. I. Centuriatores negant iure translationem factam; aiuntque esse præcipuum ex miraculis Antichristi. II. Alij, vt Marilius de Padua, aiunt, iure factū; at Populum fuisse translationis autorem, non Papam.

DICO Ad I. Iure facta translatio est: 1. Quia id orbis vniuersus agnouit; neq; ullus Regum tentauit vnquam præcedere Imperatorem. 2. Deus adprobauit eam multis victorijs, ac stabiliuit. 3. Imperatores Græci iure factam confessi sunt: & Irene Carolo Magno nupsisset; nã Eunichi impedissent. Eiusque successor Nicephorus Carolo per Legatos est gratulatus imperium; itemque Persa. Emanuel Imp. offerens Alexandro III. auxilium contra Fridericum petiit restitui Græcis Imperium Occidentis.

Ad II. Populus Rom. nunquam habuit potestatem creandi Imperatorem; nam Imperatores primi successerāt hæreditatiō: alij ab exercitu acclamabantur: Neutrum erat Carolo. 2. Dein translato Byzantium imperio Romani amiserunt ius electionis, si quod habuissent. Atq; huc ruit omnis historicorum consensus.

VIII. Gregorius V. sanciuit electionem Imperatorū fieri per Septem viros: nimirū, quia Papa hisce, & Imperatore superior est. Ita Pelagius Aluarus Gregorio

gorio pene coæuus, vt erret Onuphrius eam sanctionem Gregorio X. adscribens.

IX. Gregorius VII. deposuit Henricum VII. Imperatorem, aliumq; eligi iussit. Quin idem malleus rebellium Regum dici rectè potest.

Quæ contraria suppetunt exempla Politicæ potestatis in Papas, Episcopos, Clericosq; districtæ; illa professam ac damnatam tyrannidem posteritati relinquunt.

QVÆST. VIII.

An Papa Rom. Imperium transfulerit à Græcis ad Germanos?

NEgat Matthias Flaceus Illyricus: de quo infra.

Affirmant cæteri omnes, & orbis vniuersus. Demonstratq; perfecta Titulorum inductio, quibus regna adeuntur, ac tenentur: qui sex sunt: 1. *Ius belli.* 2. *Beneficium Dei.* 3. *Hereditaria successio.* 4. *Electio populi.* 5. *Donatio Principis.* 6. *Decretum Papa.* Atqui prioribus quinque modis non est facta Translatio. Ergo sexto tantum.

I. NON IVRE BELLII.

Quia Carolus Magnus nunquam gessit bellum contra Romanos; sed eis semper amicus fuit & socius: nec ipse Romanus erat. Quin Longobardos expugnauit, expulsiq; Italiâ ab eis liberatâ, sibiq; redditâ deuotâ. Hoc autem, subiugare sibi prouinciam aliquam Romanam, non constituit Imperatorem Romanum: Nam & Hispania, Gallia, Anglia Romanæ fuerunt prouinciæ;

neque tamen idcirco Reges eorum sunt facti Imperatores Romani. 2. Quia non acquisiuit Imperium ante Leonem Papam: nam nullo rescripto, vel seipse vocauit Imperatorem, aut quisquam Scriptorum: nec post Leonem acquisiuit eum titulû, vilo teste: Ergo ab Leone accepit, aut ab alio; at alium historiarum non produnt: Ergo rectè numerant Imperij eius annum primum ab Coronatione Leonina.

INSTA T Illyricus, I. Iulius Cæsar per Germanorum cohortes initium habuit victoriæ suæ contra Cn. Pompeium; postquâ constitutum est Imperium; teste Foro.

II. Post Iulium, sub A. Minio duce Germani duas Aquilas, caeso exercitu, Romanis abstulerunt, & adhuc retinent. Ergo Iure Belli habent Imperium.

III. Deus transfert iure belli regna, non sacrificiorum: teste Daniele c. 2. 4. Nemrotho, Niua, &c.

DICO Ad I. Ex cohortes tres erant Italarum, ait *Cæsar. l. 3. bell. ciuili.* & *Aspinus*: nullos enim Germanos tunc habuit. Et esto, habuerit; non ideo Germanis, sed Cæsari acquisitum est Imperium.

Ad II. Si Imperium Germanicum cœpit sub Iulio; Ergo non post eum ereptis duabus Aquilis. 2. Ereptæ sunt non bello iusto, sed rebellionem Germanorum, vt prodit *Oros. l. 6. seu scelere perfidiæ*, vt ait *Velleius*; l. 2. nam improviso sunt Germani adorti Romanos, nõ acie aperta teste *Floro l. 4.* 3. Parthi, Afri, Persæ rapuerunt aquilas sæpius: Ergo & ijs deberetur Imperium.

Ad III. Itan' Deus transfert iure belli regna aliqua; Ergo non omnia? at iure diuino, nullo belli, translatum est regnum

regnum Hebræorum à Iudicibus ad Reges, à Saule ad Dauidem, 1. Reg. 9. ab Ioram, 4. Reg. 9. & I. hu vnctione prophetica. Ab Roma Constantinopolim sine bello, sola voluntate Imperatoris: à Merouingis Francorum ad Carolingos autoritate Papæ, non vi glad. j. 2. Nemtoth, Ninus, Semiramis, Nabuchus, Cyrus, Alexander, Iulius, &c. non iustè inuaserunt regna aliena, etsi, Deo sic iustè permittente, ea vi raperent, sola regni cupiditate: quod, quid aliud, quam grandè lurocinium est? ait S. Aug. 4. ciu. c. 6. Sic vero peccata vindicat Deus, utiturque iniusta cupiditate spontanea iustè.

II. NON BENEFICIO DIVINO immediate.

Nimirum sicut Iudæis dedit in Sacris Deus immediate Aaronem, Christianis Petrum: ita in Politicis Moylen, Iosuen, Othoniclem, Gedeonem, Saulem, &c. At non sic immediate datum Carolo Magno Imperium constat vniversos inter Historicos, Papas, Imperatores, & orbem: nec proferri in contrarium potest quicquam.

INSTAT Illyricus solus: Deus solus dicit, Mea sunt omnia: Ego transfero regna de gente in gentem: Ego non Papa. II. Per visionem iussit Deus regnum dari Carolo: ait *Vincen. in speculo* l. 2. c. 4. cum Copronymus egeret auxilio.

DICO Ad I. Deus dat solus regna: sed immediate per alios: iam immediate: quia *Non est potestas, nisi à DEO*. Proinde translatio à Græcis ad Germanos à Deo facta est, sed mediante Papa.

Ad II. Mentitur Illyricus: Per quietem monitus est, non vt daret ei regnū: sed vt ad utorem assumeret belli. 2. Ea

visio non meretur fidem ab auctore in fabulosis multo. 3. Quid obstat, à Deo id esse indicatum Copronymo, (si vera esset visio) quod postea est factum à Papa? Sic enim & Nabuchus didicit regnum suum ad Perlas, Medos, Græcos ac Romanos transiturum: nec tamen idcirco iussus fuit eis dare regnum.

III. NON IVRE HAEREDITARIO.

1. Quia constat Pipinum Caroli patrem, ex Magistro aulae dictum esse factumque Regem Francorum ab Papis & Zacharia, & Stephano: neque vnquam fuisse Imperatorem. 2. Post mortem Pipini Carolum à Papa Adriano creatum esse Patricium Romanum, qui est primus ab Imperatore.

INSTAT Illyricus: I. Odoacer Herulus, Theodoricus Gothus, Clodouæus Francus, fuerunt Germani, & Imperatores: Ergo eorum imperium hæreditario iure derolutum est ad Carolum; nam Leo Bessicanus Græcus Imperator dedit Imperium Odoacri.

II. Odoacer est ab Romanis militibus electus in Monarcham, ex quorum Ducibus vnus erat.

III. Blondus ait, Romanos, Augustuli æmulos, vocarunt Odoacrem, crearuntque Imperatorem contra Augustulum, & summis honoribus affecerunt.

IV. Augustulus Odoacri renunciauit Imperium, abiecitque purpuram, vt sibi vnquam largiretur.

V. Secunda translatio Imperij facta est à Zenone, qui cum Senatus Imperialis consensu adoptauit sibi Theodoricum Gothum Germanum, ei que Occid. Imperium est largitus dono. Vnde, Theodoricus Symmacho Papæ imperauit, & citatum iudicauit. Deinde, Regis & Imperatoris vocabula pro iisdem promiscuè vsurpantur.

VI. Tertia communicatio Imperij Germanis

n's facta est ab Anastasio Imper. ex consensu Principum, Clodouæo Francorum Regi primo Christiano: atq; ab hoc ad Carolum peruenit, sine auctoritate Papæ.

Dico Ad I. Leone defuncto Rex Italiae factus est Odoacris sub Zenone, teste Cassiodoro, Beda, &c. & Illyrico *Cent. 5. cap. ult. col. ult.* Et Zeno nil tulit grauius quam iacturam Italiae, tantum abest donatum Odoacri Imperium: ideoque misit Theodoricum Gothum cum exercitu, vt Tyrannum expelleret.

Ad II. Odoacer non habuit alios milites, nisi barbaros, Attilæ reliquias, qui eum consalutarunt Regem, delectis ad Ticinum Romanis.

Ad III. Blondus l. 2. Dec. 1. testatur post Augustulum à Romanis nullum creatum Imperatorem, sed extrinsectum in eo Rom. Imperium Occidentis: Italianam in regnum versam.

Ad IV. Atreclamant vni Illyrico omnes historici Italiae, ac Germaniae: apud *Bell. lib. 1. de Transl. imp. c. 9.* Esto tamen: at Odoacer fuit Herulus. Carolus Magnus vero Francus; vnde eis nulla esse hæreditaria successio potuit, licet vtriq; fuerint Germani.

Ad V. Quæ cognata successio potuit esse inter Gothum, & Francum? 2. Theodorici successores Iustinianus expulit Italia, regnumq; Theodorici extrinxit. 3. Nullus historicus prodidit, Theodoricum fuisse vnquam Imperatorem; nec ipsum se talem scripsisse. 4. Delatas ad eum querelas de Symmacho reiecit ad Synodum Episcoporum, quam voluit à Papa congregari. Demum tamen in Ioannem Papam exer-

cuit tyrannidem, vt liquet suprâ. 5. Antè Augusti tempora nomen regium fuit præ imperatorio: at post, constituta Monarchiâ, Imperatore nil augustius fuit.

Ad VI. Quos Illyricus pro se citat autores, ijdem contrarium affirmant. Patriciatus est Clodouæo datus, seu Consulatus; cuius solum titulum tulit, non gessit officium: nec titulum vsurpauit quisquam posteriorum. Deinde, Clodouæum inter & Carolum anni 300. circiter intercesserunt: eoque igitur successio hæreditaria vel fingi poterit? Quo impudentius negatur, ad Carolum sine auctoritate Papæ peruenisse Imperium.

IV. NON ELECTIONE

Populi Romani.

Quia Carolus Magnus nihil accepit à Sen. P. Q. Romano ipso Illyrico teste. Producit tamen autores sex, qui produunt Sen. P. Q. R. auctoritate eum accepisse Imperium: non Papæ; vt Sigeb. Blon. Leop. Aneam, Vincentium, Onuphrium.

At nos his 6. opponimus triginta antiquos nouis. Nam ex istis sex sunt, Sigebertus est 300. annis Carolo posterior, reliqui 500. aut 600. annis, aut septingentis, eoque amplius.

2. Neque ij sex ab cæteris ac vero sunt alieni. Nam Sigebertus ac Vinc. Beluac. nil tribuit Populo in translatione Imperij, præter acclamationem; sine Plebiscito, aut Senatusconsulto: placuit solum cunctis, quod vnus eorum S. Pontifex fecerat. Et hoc idem affirmat Blondus; qui errat in Plebiscito refutatus à cæteris. Lupoldus solum recitat verba Vincen-

Vincentij; & asserit factam à Leone translationem; & negat esse apud Populum Romanum esse imperij, ex quo translatio facta est Constantinopolim; inde ad Germanos. *AEnas* in abbrev. Blondi libr. 1. Dec. 2. ait à Leone coronatum Carolum, ipseq; Papa fuit. Quo ad *Onuphrium*: cum vetustissimi historici in translatione Imperij nullâ fecerint mentionem Plebisciti, aut Sen. Conf. unde Onuphrius post 800. annos fere didicit factam ex S. P. Q. R. suffragijs: Præsertim cum solenne fuerit prisceis etiam Romanis, Imperatores ab exercitu acclamari, ait Hiero. *epistol.* 85. solumque tres ab Senatu Roman. creatos, Nervam, Maximum, Tacitum, hosque idcirco dictos *Senatorios Imperatores* percaullum.

V. NON DONATIONE GRÆCORUM.

1. Quia priscei, nouique historici testantur, perlatâ ad Græcos coronatione Caroli, eos grauissimè tulisse. 2. Euidens est Græcos Imperatores deniq; vel inuitos agnouisse Imperium Caroli; sed non prius, quam id ei Papa contulisset.

Quo impudentius mentitur Illyricus, nullo autore, multo ante coronationem Carolo fuisse collatû Imperium à Græcis; qui diu post nec vel agnoscere eum voluerunt pro Imperatore Occid.

Nam ad eum à Græcis factæ Legationes sunt istæ: *Anno* 798. pro restitutione captiuorum: *Anno* 802. pro pace inter Græcos & Francos impetranda, cum iam *Anno* 801. fuisset coro-

natus Imperator. Item *Anno* 803. Nicephorus misit Legatos pro pace: *Anno* 812. Nicephori ultimo Michael Imperator primus è Græcis ei gratulatus Imperium est: antea Græcorum nullus. Pröinde Carolus suos annos XII. Imperij non numerauit à Consensu Græcorum; sed à Coronatione sui Papali.

VI. SED APOSTOLICA PAPAE AVTORITY.

Et vero hæc est, non Regia, aut Imperatoria; sed Eminentissima Potestas: quæ 1. omnium Christianorum est Pastoritia ac Paterna: 2. Ipsisq; Imperatoribus ac Regibus superior. Quocirca & Imperia, ac Regna transferre potest.

I. P R I V S demonstraui in nostris Luthero-Caluinisticis parte 2. inque Antichristiano, & Genealogia: idque Scholasticè; hic porro historicè ita liquet.

I. Ipse Carolus Magnus, sæpius professus est, Sedem Romanam Apostolicam tenere Primatum Ecclesiarum; vt in priuilegio Bremensis Ecclesiæ: apud *Kranz. l. 1. Metrop. c. 7. Item libr. 1. de cultu imag. c. 6. &c.*

II. OTTO è Saxonibus Imperator I. apud Luithprandum l. 6. c. 9.

III. Item Imperatores Ecclesiæ Romanæ persecutores: vt *Henricus IV.* epistolâ ad Principes Imperij, apud *Vilberg. in Chron. anni 1106. Henricus V.* ibidem anno 1110. & an. 1117. & an. 1122. *Fridericus I.* acerrimus Alexandri III. hostis, apud *Radeuicum l. 2. c. 76.* Itemq; idè in epist. ad Principes Imperij, apud *Rade-*

Radeuicum lib. 2. c. 16. & 56. *Philippus*, contra Ottonem IV. creatus, ut se audivit excommunicatū, petijt humiliter ab Legato absolutionē cum professione summi Primatus Romani. *Fridericus II.* perhorruit ad Papalē excommunicationem, ut summi Pastoris Ecclesiastici. *Ludovicus IV.* etsi stylo ferroq; Ioannem XXII. oppugnarit, tremebundus tamē expauit ad Primatus Romani fulmen. De quibus supra in Demonstratione hist. suis locis.

Ac vero similiter & ante Caroli Magni tempora Primatum Romanum & veriti & reueriti sunt Imperatores: ut apud Latinos Valentinianus III. epist. ad Theod. sum: Apud Græcos Iustinianus epist. ad Ioannem Papam II.

II. ALTERVM demonstrauius quæstione præcedente. Summa est, ut ait S. Greg. I. 2. epist. 61. *Terrestre regnum Cælesti regno famuletur*, (sicut corpus animæ) Lupis arcendis; Hircis coercēdis; & Ouis pascendis: iuxta pactū, quo & Principes recepti sunt in Christianismū; & Imperia ac regnum cōferuntur, tū confirmantur: Quo reddantur Deo, quæ sunt Dei, & Cæsari, quæ sunt Cæsaris; utraq; cælo subiecta pareat ad frugem, Sacrisque Profana ad felicitatem qua Temporalem mediare, quæ Æternam ac Spiritalem vltimatē, consequendam.

INSTAT Illyicus. I. Papæ si a propria Iura negant esse eum Dominū Temporalium possē. 2. Sicut ipse Christus negat suum regnum esse de hoc mundo. 3. Prohibetque Apostolus Dominari: sed minimos esse iubet, ac ministrare. 4. Ceu ut Petrus vult Presbyteros politicis obtemperare.

DICO I. Esto id Iura velint; non sequitur tamen, Papam nō posse regna

dare, aut transferre. Nam hoc fit Ecclesiasticā Potestate, non Politicā. Deinde, Eadem iura constituunt Papas *Pastores animarum saluandarum*: Huic fini quam diu Temporalia seruiunt, militans Deo Papa non debet se negotijs secularibus immiscere; ac cum auerlantur, obedire debet Deo potius; quam hominibus, & pascere, tueriq; oves, proq; his animā ponere contra lupos. 2. Idq; sicut Christus: qui tamen si fugit regnare; regnare tamen in hoc mundo potuisset; Vique, suam exercuit his flagellādo negotiatores in templo; & in horto satelitium prosternendo. 3. Apostolus vetuit Dominari, scilicet. *sicut reges gentium superbe*. Superbiam vetuit, non Potestatem. Sicut ipse *venit ministrare*; & tamen proficitur, *Mihi data est omnis Potestas*. 4. Petrus vero iubet Presbyteris iubelle gregem; *Pascite, qui in vobis est, Gregem providentes*, &c. *neque ut Dominantes in Cleris; sed ut forma facti gregis*, velut Laicorum Duces ac Magistris; & tamen Serui Seruorum.

II. INSTAT. Gratianus talem collector, nil meminit Translationis.

DICO. Quia egit collectorem Decretorum, non Historiarum: ideoque Lutherani eius Decretale, ut nimium studiosi Papis, exusserunt.

III. INSTAT. Leo VIII. in recognitione privilegiorum ad Ottonem I. filiet de r. cta Carolo translatione.

DICO. Neq; isthic de hac agebatur: sed renouabat Otroni I. *Ius Nominandi*, non *Eligendi*, Papam & Antistites; quod Carolo Magno concessum fuerat. In quo Adriani I. secutus exemplum est, concedentis Carolo Ius & Nominandi, & Patriciatu.

Quo

Quo impudentius affingit Illyricus Gratiano in *Dist. 63.* Datam Carolo Potestatem omnem Imp. Constantinopolitani: Imperiumq; in ipsos Papas: Papamq; iuramento subiectum Regi; ac profiteri Papas se Imperatoris esse mancipia.

IV. INSTAT. Leo misit Claves Carolo, & submisit se.

DICO: Papis solenne fuit, & est; clauicula inclusas aureæ reliquias, aut rasuram cathenarum pro honorario mittere Principibus; non tamen eo sese ipsidem submittere. Ita *S. Greg. l. 6. epist. 23. & lib. 7. epist. 126. &c.*

V. INSTAT. Carolus venit Romam, ut Leonem iudica et.

DICO: Non ut iudicaret eum, sed vindicaret de iniuria Romanorum; reliquitque Papam suo ipsius iudicio proprio; qui ultro neo sese iuramento purgavit coram populo. Et ei Carolus humillime sese submitit, omnia ei summa deferendo. Similibus Mendacijs infarsit librum Illyricus; quæ futilia refutat *Bellarmin. l. 1. de Translation. Imper. c. 1. 2. 3. 13. &c.*

QVÆST. IX.

An Papa Roman. Imperium transtulerit à Francis ad Saxones?

I. IN Gente, lineaque domus Francicæ in Imperium Germanicum est talis

ANNO Christi	SUCCESSIO CAROLINA:
800.	Carolus coronatur Romæ ab Leone III.
815.	Ludovicus Caroli filius coronatur Remis à Stephano IV.

- 822. Lotharius filius coronatur Romæ à Paschali.
- 844. Ludovicus II. Lotharij filius coronatur Romæ à Sergio II.
- 874. Carolus Caluus, Lotharij patruus, Ludouici I. filius, coronatur Romæ ab Ioanne VIII.
- 877. Ludovicus Balbus, Calui filius, coronatur Romæ ab Ioan. VIII. anno 878.
- 896. Arnulphus Carolomanni filius, coronatur Romæ ab Fernofso: vltimus Imperator Carolinus.
- 900. Ludovicus III. Arnulphi filius, successit Rex, sub Stephano VII. non coronatus Imperator.
- 903. Chunradus, Arnulphi nepos, non coronatus. Vltimusq; sanguis Carolini, Rex & non Imperator. Huic successit *Henricus Aucups I.* ex matre Franca, & Patre Saxone oriundus. Huic suus filius Otto successit creatus anno 962. & coronatus Imperator.

II. Papa Ioannes XII. non transtulit Imperium à Francis in Saxonē Henricum I. Quia hic nec vnctionem, nec coronationem, nec Imperatoris titulū vnquam admittere voluit; fuitq; Custos potius Imperij, quam Imperator. Ita æquæuus eius *Vitikingus l. 1. Saxonico- rum gestorum, Vrspersensis in Chron. anno 920. &c.* Vnde sequentes Imperatores Chunradi & Henrici non numerant sua nomina ab isto seu Chunrado, seu Henrico Aucupe: etiam Ludovicus Bauarus se numeravit Quartum, eo quod *Ludovicus*, Arnulphi filius, nec coronatus,

G nec

nec Imperator fuit, dictus *Ignavus*. Atque tres illi ut à Principibus electi fuerint ad regnum, non tamen à Pontifice uncti fuerunt, aut coronati ad Imperium: ut non fuerint Imperatores, nisi fortè designati.

III. OTTO I. Henrici Aucupis filius coronatur Imperator à Ioannæ XII. anno 962. Ita *Luithprandus* eius æqualis, *lib. 6. de gestis Europa, c. 6. Reghino, Marianus*, ac posteri.

I. INSTAT Illyricus. Cardinales scripserunt ad Ottonem & crearunt eum Imperatorem; non Autoritate Papæ factam translationem testantur *Naucleus & Cuspinianus*.

AT utrumque fingit Illyricus. Nam post coronatum Imper. scripserunt ad eum duo Cardinales alia de causa: Et *Cuspin.* in vita Ottonis ait, *Otto Imperium ab agnatione Caroli Magni ablatum, resuperavit Pontificis Maximi auctoritate*. Similiter & *Naucleus* ait.

II. INSTAT. Cardinales literis ad Ottonem accusaverunt Ioannem XII. ut eum deposuerit.

AT *Luithprandus* ait Papam ad Ottonem scripsisse, creasseque Imperatorem. Neque hic illum deposuit unquam; sed Synodo eum permisit, rogatum ut eidem adesset. Accusatum verò ea iniuste iudicavit, contemnens eius excommunicationem, tanquam Episcopi mali, ligare idcirco aut solvere impotentis.

III. INFERT Illyricus: Imperium esse à Francis ad Germanos translatum in electione *Conradi* aut *Henrici*.

AT hi tantum in Reges fuerunt electi, ac Cæsares designati, volente Papa: ita omnes historici, præter *Naucleum* novitium: Qui tamen Ottonem I. à Pa-

pa coronatum agnoscit Imperatorem.

IV. INFERT Illyricus, Imperium Roman. à Francis ad Saxones transisse voluntaria cessione Regum Gallicorum.

AT solus id dixit, & finxit; & historicis, quos citat, affinxit. Adeo verum est contrarium, Gallos inter & Francos utrosque Occid. & Orient. magnam de Imperio fuisse concertationem.

QVÆST. X.

Quando, & à quo Septem viri Electores sint Instituti?

I. ELECTORES VII. sunt ante Gregorium X. Papam, & Fredericum II. Imp. designati. 1. Sic restatur *Martinus Polonus*, *Innocentij IV. Pœnitentiarius*, qui vixit ante obitum *Frederici II.* teste *Onuphrio*. Sic & *S. Thom. Aquinas*, qui vixit ante *Fredericum II.* & obiit ante *Conc. Lugdunense*, ann. 1274. Sic & *B. Augustinus Triumphus*; qui obiit anno 1328. vixit annis 85. & egit annum septimum, quo obiit *Fredericus II.* anno 1250. Sic & *Henricus Hostien. Cardin.* qui floruit anno 1240 ante obitum *Frederici II.* annis 10. ante *Conc. Lugdun.* annis 34. celebratum à *Gregorio X.* &c.

Ergo errat *Auentinus I. 5. Annaliù Boiorum* dicens: *Ego illos post fata Frederici II. institutos, & à Gregorio X. confirmatos compertum habeo*. Errat *Onuphrius lib. de Comitibus* secutus *Auentinum*: Qui fingunt eam Institutionem in *Conc. Lugdun.* factam. Argumenta eorum duo grauia resoluit *Bellarmin. lib. 3. de Translat. Imp. c. 2.* Quæ tamen, cum Institutionem eam à Papa factam profiteantur; nostræ causæ proficiunt, officium nihil.

II. Se-

II. Septemviri sunt instituti à Gregorio Papa V. Non ab Ottone III. Imperatore, vt fingit Illyricus: Ita historici plurimi, post Innocentium III. omni exceptione maiore, vt fatetur Illyricus. Carolus Magnus instituit, vt electio Imperatoris esset penes certos Principes; sic tamen, vt Imperium maneret suis posteris hæreditarium: At Gregorius V. tempore Ottonis III. exclusa hæreditaria successione, instituit Septemviralem Electionem. Id quod contra se fatetur Illyricus *Cent. 10. c. 10. col. 546.* Sic & Concilium Viennens. in Clementina: & Electorum instrumentum ad Nicolaum Papam III. Vana igitur sunt mendacia Illyriciana apud *Bellarmin. l. 3. c. 4.*

QVÆST. XI.

An Imperator, Rex, & Princeps quilibet secularis habeat summum Ius Ecclesiasticum in suo Principatu?

CVm triplex sit Potestas Ecclesiastica: 1. *Ordinis*, ad Sacramenta conficienda & ministranda. 2. *Iurisdictionis interioris*, ad regendos Fideles in foro conscientiae, ligando, soluendo. 3. *Iurisdictionis exterioris*, in conuocandis synodis, ac regendis; condendo leges, audiendo causas, conferendo beneficia, cõstituendo Ministros Ecclesie, excommunicando delinquentes, definiendo fidei quaestiones: Duae priores non pertinere ad sæculares certum est: tertia controuertitur ab Luthero-Caluinistis. Hic status est. Vide tamen etiam mea

Luthero-Caluinistica parte 2. quaestione 42. & 44.

LVThERANI & CALVINIANI communiter in *Cursu Theologico Scharpii, sect. 43. q. 3.* Ita decidunt: 1. Bellarminus concludit, Reges habere primum locum inter Christianos: at Ecclesiasticis esse inferiores. 2. Alij volunt, Magistratum debere Rempubl. tantum ciuilitate curare. 3. Alij, debere quaestiones Fidei definire, Ministros ponere, & deponere. 4. Nos errare omnes asserimus, & dicimus; Magistratum curam Religionis incumbere: quia huius Custos & Defensor est. SVADET nouem argumentulis, prorsus puerilibus. Liqueat insipienti, referre piget: patebuntq; è subiectis.

AUTOR, ex *Becani Manuale l. 5. c. 19.* Magistratus quicumque politicus non habet Ecclesiasticam Potestatem Iurisdictionis exterioris villo Iure: 1. *Naturali*: 2. *Diuino Veteri*; 3. *aut Nouo*; 4. *Ciuili seu Canonico*; 5. *Consensu Doctorum*; 6. *Titulo praescriptionis*. 7. *Nec secundum principia Luthero-Caluiniana.* Ibis per singula.

I. NON IVRE NATVRALI.

Quia ex natura rei in se distincta sunt Temporaria ab Æternis; Terrestria ab Cœlestibus; Corporalia à Spiritualibus; Inferiora à Superioribus; Status Politicus ab Ecclesiastico; Vnde & distincta tribunalia esse necesse est, distinctosque Rectores; & non necesse, vt qui vni præest, præsit & alteri. Sed duplici Potestati, scilicet Politicæ, & Ecclesiasticæ, Finis est item duplex, itemque Media diuersa; Causæ etiam Efficientes Statuum, ac Dignitatum; adeo, vt inter ea esse nulla possit

possit Naturalis connexio: Vt vel in Christo vna fuerit sine altera actu. Coniungunt tamen Iure Diuino, vel Humano possunt. Patet in meis *Luthero-Caluin. p. 2. q. 21.*

II. NON IVRE VETERIS TESTAMENTI.

I. Quia hoc triplex est, 1. Moralium, quæ continentur in Decalogo. 2. Ceremonialium, de Sacrificijs, de Sacramentis, de Instrumentis, de Obseruantijs legalibus. 3. Iudicialium de forma administrandi Iustitiam erga proximū, quoad Principes, Populum proprium, Externum, & Domesticos. *Moralia* continentur in Decalogo; suntq; iuris naturalis; neque sunt à Christo abrogata, sed melius explicata: *Cætera* sunt extra Decalogum; suntq; Iuris positivi, & à Christo abrogata. *Luc. 16. 16. Gal. 3. 24. Heb. 7. 12. 18.*

Atqui vero in iure Morali seu Decalogo non est, vt quisque Princeps in suo principatu sit etiam Rex Sacrorum, habens potestatem Ecclesiasticam. Cætera autem sunt antiquata: Ergo nullo Iure vetere Magistratus Politicus est quoq; Ecclesiasticus.

II. Nunquam fuit in Vet. Testam. concessa Regibus Ducibusve Hierarchia. I. Quia Ius Regium ibi extat duplex: 1. Diuinum, *Deut. 17. 14. Eum constitues, quem Deus elegerit ex numero fratrum tuorum, &c. Deuteronomium accipiet à Sacerdotibus leges, vt discat Timere Deum, & custodire verba, & Ceremonias eius, &c.* 2. Vfurpatum seu Tyrannicum. 1. *Reg. 8. 10. De quo Luc. 22. Reges gentium Do-*

minantur eorum; Vos autem NON SIC. Hinc agrè tulit Samuel petitionem populi. 1. *Reg. 8. 4.* quod tyrannicum esset, ait *D. Th. 1. 2. q. 105. art. 1. & fatetur Calvinus Inst. 4. c. vlt. §. 26.*

Atqui vero in neutro Regibus assignatur Ecclesiarchia; in Diuino solum Custodia obseruatiua, & defensiua.

2. Reges V. Test. fatentur ipsi, non habere sese Ecclesiarchiam. Iosaphat 1. *Paral. 9. 11. Amarias Sacerdos & Pontifex vester in his, quæ ad DEVM pertinent, praesidebit. Porro Zabadias Dux super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent.*

3. Hierarchiam is habet à DEO, qui in rebus ad Legem Diuinam pertinentibus, constitutus est supremus Iudex, cui obedire necesse est: At is est Pontifex, non Rex Politicus: *Deutero. 17. 8. Idq; sub pœna mortis. Ita & Aggai 2. 12. Malach. 2. 7. Num. 27. 21. Leu. 10. 8. 2. Paral. 26. 18.*

INSTANT. I. Iosaphat Rex, 2. *Paral. 19. 8.* constituit Leuitas & Sacerdotes: Ergo habuit Hierarchiam.

II. Qui tollit abusus Ecclesiasticos, habet potestatem Ecclesiasticam: at 2. *Reg. 5. 6.* id spectabat ad Danidem. Et reprehenduntur Reges, quod excelsa non sustulerit.

III. Deducens Arcam ad constitutum locum, & ei præcessit, est Primarcha facer; at is David Rex erat: 1. *Par. 13. 12.*

IV. Ædificans, dedicansq; templum, est Primarcha Ecclesiæ; at is Salomon erat Rex; 1. *Par. 28. 6. & 2. Paral. 6. 10.*

V. Deponens Pontificem, surrogansque alium, est Ecclesiarcha: At Salomon, 3. *Reg. 1. 27.* deposuit Abiathar, suffecitq; Sidoc.

VI. Eruens librum Legis è tenebris, Religionemq; restituens; is est Ecclesiarcha: At is erat Rex Iosias, 4. *Reg. 22. 23.*

VII. Ezechias Rex confregit æneum Serpentem:

pentem: 4. Regum 18. 4. Ergo Hierarcha fuit.
VIII. Tituli dantur Regibus Hierarchici:
1. Filii Altissimi: 2. Dii: 3. Vncti Domini: 4. In
Solio Dei sedentes: 5. Famuli Dei: 6. Angeli Dei:
7. Facti iuxta cor Dei: 8. Lumina Israelis: 9. Nutri-
tiii Ecclesia.

DICO Ad I. Tria ibi: 1. Constituit
Sacerdotes & Principes: 2. Ut hi essent
Iudices controuersiarum, quæ in Popu-
lo oriri solent: 3. Illi in ijs essent, quæ
sunt ad Deum. Nec Constituere, est
creare Sacerdotes; sed ex consecratis
certos delegit, qui per ciuitates doce-
rent populum: 2. Par. 17. 7. Ergo à rege
non fiebat 1. *Electio*: 2. non *Consecratio*:
sed *Applicatio* ad vsum.

Ad II. *Aliud* est, Decernere iudicio,
qui sint Abusus in religione: Et hoc est
Ecclesiasticum. *Aliud* Tollere abusus:
& hoc est cuiusuis, & Principis, aut infe-
rioris. Ita Ecclesia iudicat de Sacris; Po-
litia exequitur iudicata: In hoc negli-
gens, iuste à Deo reprehenditur.

Ad III. Arcam 1. ædificare: 2. De-
ducere vel præcedere: 3. Portare vel
Tangere; hæc differunt. Eam ædificare
fuit Bezelielis & Ooliæ, Exod. 31. Dedu-
cere ac præire, fuit Regis & totius Israe-
lis: Tangere & portare fuit solius Sa-
cerdotij; ob Sanctum inclusum ei. Nu-
mer. 4. Vnde Oza tangens eam, morte
luit. 2. Reg. 6. Cum autem omnis Israel
cum Dauide, & Salomone, 3. Regum 8.
arcam præcesserint: cur igitur Sacrum
Primatium habebunt minus, quam Re-
ges?

Ad IV. Ædificare templa cuiusuis
est ab ære potentis: Dedicare item cu-
iusuis sic, vti Israelitæ dicuntur, Exod. 35.
dedicasse byssum, coccum, pelles, me-

talla, &c. id est, *Obtulisse*: sic & Salomon:
Alij nõ idcirco erant Hierarchæ: Ergo
neq; hic. Ecce tria horum genera: 1. Sa-
cerdotes portabant Arcam, & iactifica-
bant: 2. Salomon orabat offerens do-
num Deo: 3. Populus interfuit, actisq;
Deo gratijs lætatus est. Hierarchia in
his fuit apud Sacerdotium: non apud o-
rantem & offerentem.

Ad V. 1. Salomon deponendo Pon-
tificem non est vsus Potestate Regia, sed
PROPHETICA: neq; ordinariâ viâ, sed
peculiarî instinctu Dei, 3. Reg. 2. 27. *Vt
impleretur sermo Domini, &c.* propter pec-
cata filiorum Heli, 1. Regum 2. 31. 2. Sit
vsus Potestate Regia sola; (quod nõ est)
tunc eâ fuisset abusus; sicut Saul contra
Sacerdotes, Abimelech contra 70. fra-
tres, Athalia, &c. Non enim quilibet
reus à quolibet iudice puniri potest, sed
tantum à competente. At Reges nul-
lam habuerunt potestatem in Sacerdo-
tes: 1. Reg. 22. 16. *Noluerunt serui regis ex-
tendere manus suas in Sacerdotes, &c.* Eth-
nicus Doëg irrui.

Ad VI. Helcias Pontifex reperit li-
brum; misitq; Regi vt eum prælegi ple-
bi curaret, ac eam restitueret. Vnde iu-
ste præcepit Pontifici & Sacerdotibus
secundi ordinis, vt eijceret idola; id est,
eos officij sui monuit: Iussitq; Pascha ce-
lebrari; quod prius mandarat DEVS.

Ad VII. 1. Serpens æneus, bono
prius vsui erectus, Num. 21. 8. vertit tan-
dem in abusum idololatriæ: 4. Reg. 18. 4.
Talem sic notorium tollere, Regiæ po-
testatis erat. 2. Fecitq; id Autoritate
Diuina; nam id cuique etiam priuato
mandatum est; Deuter. 7. 5. *Aras eorum
subuertite, confringite statuas, lucosq; succidi-*
te, &

re, & sculptilia comburite: Quia populus sanctus es Domino Deo tuo.

Ad VIII. Tituli iidem sunt communes quoq; aljs non Regibus: adeo non inferri potest inde, eorundem idcirco esse & Hierarchiam. Nam Apostolis & Episcopis sunt pares, aut illustriores tituli in S. Scriptura.

III. NON IVRE NOVI TESTAMENTI.

Christus noluit esse penes Reges, sed Apostolos, Hierarchiam; in qua sunt ista: 1. Regere Ecclesiam; 2. Synodos cogere; 3. His præsidere; 4. Controuersias Fidei finire; 5. Leges condere; 6. Contumaces excommunicare, & punire; 7. Ministros Ecclesiæ dare, & remouere, &c. Hæc talia singula scholasticè docui in meis *Luthero-Caluinisticis parte 2.* Docetq; eadem mea *Demonstratio historica* passim in omni pagina ferè.

1. Petro, eiusque successoribus dictum est, Ioan. 21. *Pasce oues meas. Tibi dabo Claves.* Luc. 22. *Confirma fratres tuos. Claves aperiendi baptizandis; soluendi peccata; Ligandi præceptis ac pænis.*

2. Apostoli testantur: Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerso Gregi; in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, Regere Ecclesiam DEI.* Ephes. 2. *Super adificati super Fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso Summo Angulari Lapide CHRISTO IEST.* Non super fundamentum Regum, &c. Et tamen perfecta est structura, omittis Regibus ac Principibus. Sicut Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam, &c.* vbi tria: 1. *Ædificatio Ecclesiæ;* 2. *Opus*

Ministerij: 3. *Consummatio Sanctorum, seu vita æterna.* At in ijs nulla fit mentio Principum.

3. Praxis Apostolorum fuit consona Doctrinæ: Nam illi, Act. 20. rexerunt Ecclesiam: Synodum, Act. 15. celebrarunt Ierofolymis; eique Præfederunt: sententiam dixerunt: Legem condiderunt de idolochytis: Incestuosum, 1. Corinth. 5. excommunicauit Paulus: Accusationem aduersus Presbyteros admittit Episcopus, 1. Timoth. c. 5. Ananiam, Act. 5. & Saphyram puniuit Petrus. Nihil hic Principes sæcul.

Scripturas obtendunt Luthero-Caluinistæ: sed inconuenientes, solutiq; faciles.

IV. NON IVRE CIVILI AUT CANONICO.

I. Quia CANONES multi obstant: Dist. 10. can. 7. *Libenter accipitis, 1. quod Lex Christi Sacerdotali vos (Imperatores) subijcit Potestati; 2. Atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis Potestatem; 3. Dedit & Principatum multo perfectiorem principatibus vestris.* Similes plures aggestit P. Becanus in Manuali lib. 5. c. 19. quæst. 4.

II. IUS CIVILE: In Authentica, Constit. 123. *Si Ecclesiasticum negotium sit, nullam communionem habentio Civiles Magistratus cum ea disceptatione; sed religiosissimi Episcopi secundum sacros Canones sinem imponunt.*

V. NON CONSENSU PATRVM AUT DOCTORVM.

Nam reclamant S. Patres, Ignatius ad Phila-

Philadelph. Hosius, Ambrosius, Athanasius, &c. Item Reges & Imperatores. Valentinianus sollicitatus cogeret Concilium, ait: *Mibi, qui vnus è numero laicorum sum, non licet eiusmodi negotiis me interponere. Sacerdotes & Episcopi, quibus hæc cura sunt, conueniant, ubi ipsis liberum fuerit.* Baron. to. 4. anno 364. Theodosius Iunior in epistola ad Synodum Ephesinã similia. Sic & Basilius Imp. in Synodo VIII. in causã Photij. Sic & *Constantinus Magnus*, ait Aug. epist. 165. *non est ausus de causã Episcopi iudicare.*

VI. NON TITVLO PRAESCRIPTIONIS.

Nam in Abusibus vi, aut fraude inuentis, non datur præscriptio. Cæteroquin Rex Achaz, 4. Reg. 16. præscripsisset in idololatria: Hæretici in hæresi, &c. Siq; præscriptione sit certandum iam ea stabit pro nobis vt prioribus, ac potioribus.

VII. NON IUXTA PRINCIPIA LUTHERO-CALVINIANA.

I. Nam ea singulatim refutauimus in *Luthero-Caluinisticis parte 2. quest. 2. de Monarchico Regimine: questio. 11. 12. 20. 21. de ortu Pontificatus: quest. 26. de iudictione Conciliorum: quest. 42. &c. de Electione & Ordinatione, &c. Clerici, &c.*

II. Fatentur Luthero-Caluinistæ, Ad Primatum Ecclesiæ pertinere actus Iurisdictionis Exterioris. 2. Deinde aiunt Episcopos immediatè à DEO habere Iurisdictionis exterioris Potestatem: mediatè verò à populo, aut Ma-

gistratu: Itemque esse æqualem Episcopis, alijsq; Ministris.

At Nos contrà docuimus, Iurisdictionis interioris Potestatem, & Exterioris, immediatè à Papa: Mediatè verò à DEO conferri, Bellarm. l. 4. de Pontif. c. 24. & 25 ad quartum. Deinde, Episcopos in Exteriore Iurisdictione esse supra Sacerdotes. De vtroque in *Luthero-Caluinist. par. 2. quest. 20. 42. 43. 44. 46.* Quapropter

OFFICIUM PRINCIPIS SAECULARIS circa Religionem est:

I. Non ita Politiam instituere, vt curam omnem Ecclesiæ abiciat: iuxta illud Donatistarum: *Quid Imperatori cum Ecclesiã?* 1. Quia hoc repugnat Scripturæ; & Exemplis Dauidis, Ezechia, Iosaphat, Asa, Iosia, &c. 2. Item, Constantini Magni, Theodosij, &c. 3. Idcirco iustè reprehensi sunt Ieroboam, Achab, Ahas, Amon, &c. 4. RATIO: Quia Principes, à DEO Honorem consecuti, tenentur vicissim reddere Honorem DEO præcipuum, &c.

II. Principes non debent in suis Dominijs admittere Religionis libertatem; si possint obstare. 1. Quia Christus voluit vnã esse Ecclesiã, o-uile, Pastoremque vnũ. 2. Voluit suos attendere à falsis Prophetis: at in multiplici religione est necessarium alios esse falsos. 3. Voluit Ecclesiã esse perpetuam: at omne regnum in se diuisum perpetuare nequit. Quare, Ro. 16. *Rogo, obseruetis eos, qui dissensiones & offendentia, præter doctrinam, quam didicistis, faciunt; & declinate ab illis.* I. Cor. I. *Nõ sint in vobis*

nobis schismata, &c. Quia, August. epist. 66. *Quæ est peior mors animæ, quam libertas erroris?*

III. Principum est Ecclesiam ac Religionem defendere, ut ministri & executores, non ut Domini & Iudices. Ita Imperatores, Reges, Principes ab origine sui nominis Christiani in iuramento fidei suo professi sunt, ac re ipsa præstiterunt in Germania, Hispania, Francia, Anglia, Polonia, Hungaria, Saxonia, Dani 1, &c. Quia, ait S. Ambrosius epist. 32. *Quid est honorificius quam ut Imperator dicatur Filius Ecclesie? Imperator enim bonus est intra Ecclesiam, non supra.* Vnde Theodoricus Rex Italiæ ad Ioannem Papam. *Sum quidem Index Palatinus: sed vester non desinam esse discipulus. Nam tunc ista rectè gerimus; si à vestris regulis minime discedamus.*

QVÆST. XII.

De Conciliorum Generalium Adprobatione, seu Reprobatione, ac Modo, Qualitate testatur Historia?

DE hisce Theologicè & strictim in nostris *Luthero-Calvinisticis*, part. 2. Porro historicè.

I. Conciliorum origo ac institutio planè Diuina est: & non instinctu naturali solum inuenta, ut Pighio placuit. 1. Quia in Ver. Testam. instituit Deus quæstiones de Religione ad Sacerdotes deferri, ac decidi ab eisdem sub vnus Pontificis summi directione & autoritate: Neq; celebrius ferè est aliud, atq; Synedria Iudæorum.

2. In Nouo Testamento iussit Dominus, Matth. 18. *Dic Ecclesie.* Et *Qui Ec-*

clesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ibidemq; subiunxit promissum: *Vbi fuerint duo vel tres congregati in Nomine meo, illic ego in medio illorum sum.*

3. Apostoli Spiritu Sancto plenius eiusdem instinctu Concilium celebrarunt, Actor. 15. vnde dicunt: *Vnum est Spiritui Sancto, & Nobis, &c.*

4. Ita ex Matth. 18. demonstrata esse Concilia docet Concilium Chalcedonense epist. ad Leonem: & Synodus VI. act. 17. & Cælestinus epist. ad Concil. Ephes. & Concil. Toletanum III.

5. Certum est Conciliorum vltimum ab Traditione Apostolica descendere: at Apost. Traditiones dicere esse inuenta merè humana Audax fore, Temerariū, ac fortè erroneum contra ista: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem.* Et, *Spiritus Sanctus suggeret vobis omnia; & docet vos in omnem veritatem.*

II. Concilia Generalia Approbata sunt XVIII.

I. NYCÆNVM est celebratum anno 327. vsq; ad 330. Syluestri Papæ 15. Constantini 20. per 318. Episc. pos; de die Paschatis, & de Diuinitate Christi, contra Arium:

II. CONSANTINOPOLITANVM anno 383. sub Damaso, & Theodosio seniore, Imp. cum Episcopis 150. contra hæresim Macedonianā, negantem Spiritus Sancti Diuinitatem.

III. EPHESINVM I. anno 431. sub Cælestino I. & Theodosio Iunioris Imperat. cum Episcopis 200. contra Nestorium, pro Vnitate Personæ in Christo; & non duarum.

IV. CHALCEDONENSE anno 454. sub Leone I. & Martiano Augusto, contra Eu-

tra Eutychetem & Dioscoru, pro Dualitate Naturarum in Christo.

V. CONSTANTINOPOLITANVM II. anno 553. sub Vigilio Papa, & Iustiano Seniore Imp. cum Episcopis 165. Ei Papanec per se, nec per Legatos interfuit; per libellum tamen confirmavit eam, contra Origenistas.

VI. CONSTANTINOPOLITANVM III. anno 685. sub Agathone Papa, qui per Legatos ei præfedit; cum Episcopis 289. contra Monothelitas.

VII. NYCÆNUM II. anno 786. sub Hadriano Papa, & Irena Imperat. cum Episcopis 350. contra Iconoclastas.

VIII. CONSTANTINOPOLITANVM IV. anno 870. sub Hadriano II. Papa, & Basilio Imp. cum Episcopis 383. contra Photium pro S. Ignatio.

IX. LATERANENSE I. anno 1123. sub Calixto II. & Henrico V. Imp. cum Episcopis 900. contra Saracenos, pro recuperanda Terra Sancta.

X. LATERANENSE II. anno 1139. sub Innocentio II. & Lothario Imper. cum Episcopis 1000. contra Antipapas, proque Iure Cleri.

XI. LATERANENSE III. an. 1180. sub Alexandro III. Papa, & Friderico I. Imp. cum Episcopis 300. pro reformatione Ecclesiæ, & contra Waldenses.

XII. LATERANENSE IV. an. 1215. sub Innocentio III. Papa, & Friderico II. Imper. cum Episcopis 673. cum alijs 615. Patribus, contra varias hæreses, & pro Terræ Sanctæ recuperatione.

XIII. LVGDVNENSE I. anno 1245. sub Innocentio IV. Papa, & Friderico II. Imp. contra hunc ipsum Imperatorem, proq; Terra Sancta.

XIV. LVGDVNENSE II. ann. 1274. cum Patribus ferè mille, ex quibus Episcopi 500. sub Gregorio X. Papa, & Rodulpho Imp. contra errorem Græcorum.

XV. VIENNENSE, anno 1311. sub Clemente V. Papa, & Henrico VII. Imp. cum Episcopis 300. contra varias hæreses.

XVI. FLORENTINVM, ann. 1439. sub Eugenio IV. & Alberto Imp. cum Patribus 141. contra errores Græcorum.

XVII. LATERANENSE V. anno 1512. cœptum, finitum anno 1517. sub Leone X. Papa, & Maximiliano Imp. cum Patribus 114. contra Schismata, proq; alijs negotijs Ecclesiæ.

XVIII. TRIDENTINVM, cœptum anno 1545. finitum anno 1563. sub Papa Paulo III. Iulio III. & Pio V. & Carolo V. Imp. & Ferdinando Imper. contra Lutheranos & Caluinianos.

Græci recipiunt tantum prima Septem; Lutherani prima sex: Trinitarij nullum agnoscunt.

III. Concilia Generalia Reprobata sunt V III.

I. *Antiochenum II.* anno 345. contra Athanasium.

II. *Mediolanense*, anno 354. cum Episcopis 300. sub Constantio in quo Fides Catholica est obliquè damnata.

III. *Ariminense* anno 363. Episcoporum 600. in quo vox *ὁμοῦσι* est sublata.

IV. *Ephesinum II.* anno 449. in quo ex factione Dioscori occisus est S. Flavianus Episc. Constantinopol. confirmata Eutychiana hæresis.

H

V. Con-

V. *Constantinopolitanum* anno 730. sub Leone II. auro contra S. Imagines.

VI. *Constantinopolitanum* an. 755. sub Copronymo, Episcoporum 338. item contra S. Imagines.

VII. *Pisanum* an. 1409. contra Iulium II. Papam.

VIII. *Wittembergense* an. 1536. Prædicantium Lutheranorum 300. præfide Luthero: quod ipsi Generale vocant.

IV. Concilia Generalia partim Approbata, partim Reprobata sunt VII.

I. *SARDICENSE* anno 351. Episcoporum 376. sub Iulio I. Papa, & Constantio Imper. in quo 300. Episcopi fidem Catholicam confirmarunt: Ariani vero scripserunt Arianam.

II. *SYRMIENSE* an. 356. sub Liberio Papa, & Constantio Imp. In quo Confessio græcè conscripta approbatur: at latinè scripta blasphemata est, & reprobata.

III. *QUINTISEXTVM* an. 690. dictum & Trullanum, quod ad V. & VI. Concilium Canones addidit reprobos.

IV. *FRANCOFORDIANVM* an. 794. sub Adriano I. & Carolo M. Probatur definiens, Christum non esse Filium Dei Adoptivum: Reprobatur, ubi ex errore damnat VII. Concilium Generale.

V. *CONSTANTIENSE*, Episcoporum plus 300. cœptum an. 1414. finitum an. 1418. sub Martino V. Papa, & Sigismundo Imperatore: Reprobatur in Concilio Florentino & Lateranensi ultimo, definiens: Concilium esse supra Papam: Cætera approbatur à Martino V.

VI. *BASILEENSE* an. 1433. cœptum, finitum an. 1449. in quo Nicolao V. cessit tam Concilium, quam Felix V. Papa, ab Concilio in schismate creatus. Huius nil probatur, nisi Acta de Beneficijs.

VII. *PISANVM* an. 1409. deposuit Gregorium XII. & Benedictum XIII. ac elegit Alexandrum V. Conuenit ad rollendum schisma, & non sustulit, sed auxit: estq; nec approbatum, nec reprobatum manifeste.

V. Indicens ac cogens Concilia Generalia ordinariè fuit Papa: cum huius permisso, aut rogatu etiam Imperatores aliquando ea congregarunt. Vide mea *Luthero-Calumnistica* p. 2. q. 26.

VI. Præfidere legitimis Concilijs solius Papæ semper fuit, idq; per se, aut per Legatos. Imperatoris erat nunquam. 1. *In Nycæno* primi subscripserunt Legati Papales, Hosius, Vitus, Vincent. & post Episcopos Constantinus Imp. Male igitur vult Brentius præfuisse Imperatorem: Eustathium Magdeburgenfes, & Lutherus: Calvinus Athanasium. 2. *In Constantinopolitano* I. Papa non interfuit, neque per se, neque per Legatos: itaque Nectarius Constantinopolit. Episcopus præfedit, non Imperator: ita postea sic approbante Damaso. 3. *In Ephesino* I. Legati Papæ præfederunt, patet ex epistola Imperatoris ad Conc. Ephesinum, mittentis Comitem, suo loco, sed ne se misceret quæstionibus ecclesiasticis. 4. *In Chalsedonensi*, sessioni primæ interfuit Martianus Imper. non præfuit, ipso teste in orat. ad Synodum, idq; ad confirmandam fidem, non ad Explicandam vt Episcopus, seu iudicandam: Præse-

Præfederunt autem Legati Apostolici Leonis. 5. In Constantinopolitano II. præfedit, loco Papæ, Eutychius Patriarcha. 6. In Constantinopolitano III. Legati Agathonis præfederunt, primi que subscripserunt; Imperator Constantinus sedit primo loco à laterelaicorum: uti al: às consuetū: Pariterq; & in ceteris.

VII. Conciliorum ERRORES enumerant Luthero-Caluinistæ triplices: 1. *Illegitimum* ac Reprobatorum: sed ob eisdem & à nobis reprobatorum. 2. *Errores factos legitimum*: nam quæ ipsi non probant ab eis errata cententur: ut quod Chalcedonense prohibet monachas violare votum continentia: altaria non erigi sine reliquiis, &c. 3. *Errores legitimum*, qui veri esse videntur, id est, nostræ, ipsorumque fidei aduersari: In hosce disquiramus.

OBIECIUNT Luthero-Caluinistæ, I. Concilium 400. Prophetarum errauit, 3. Reg. 22.

II. Conc. Iudæorum sub Caïpha errauit damnando Iesum. Ioan. 9. & 11.

III. In Conc. Apostolorum, Act. 15. ait Lutherus, Iacobus mutauit sententiam Petri dicentis, non cogendas gentes ad legalia: at Iacobum secuta Synodus iussit abstineri à suffocatis, &c.

IV. In Neocæsariensi, approbato per Leonem IV. prohibentur secundæ nuptiæ.

V. In Nycæno Sacerdotes prohibentur se castrare, & vxorari. Item iubentur rebaptizari Pauliani: damnaturq; militia.

VI. Arelatense II. vetat vxoratum assumi ad Sacerdotium; nisi promiserit conuersionem; quasi coniugium sit status damnabilis.

VII. In Syriensi damnata est hæresis Photini, & Arii confirmata.

VIII. In Laodiceno dicitur, Bigamos secundum indulgentiam communicari; ut qui alioquin communicandi non sint. Similes quisquias omitto plures.

DICO Ad I. Illi erant pseudoprophetæ: Deum, Concilia esse debent Sacerdotum, non Prophetarum.

Ad II. Concilia Iudæorum non potuerunt errare ante Christi aduentum; at post aduētum potuerant; ut prædixit *Isa. 6. Dan. 9.* Item errauit de facto, nō de iure. Itē errauit in mente sua, nō in re ac sententia: quia vere expediebat vnū mori.

Ad III. Iacobus acquieuit sententiæ Petri, etsi ante definitionē diuersa sentiret. Sic autem definitum est, ut Ecclesia è Gentibus & Iudæis facilius coalesceret; sicq; dein est obseruatum non ob Legem veterem; sed ob sanctionem Apostolicam.

Ad IV. Prohibetur duas haberi simul vxores: & solennitas nuptialis in secundis nuptijs.

Ad V. Displicet hæreticis Cœlibatus. Pauliani negabant Trinitatē; quod Christum purum esse hominem fingent. Quidam autem ex zelo fidei profitendæ in persecutionibus abijciebant cingulum militare; ac dein resumentes illud fidem negasse videbantur: idcirco Christiani vetebantur Tunc assumere militiam.

Ad VI. Sacris initiatum monogamum oportuit abstinere vxore, ex mutuo consensu ante inaugurationem facto: atque talium etiam interessse Sacris nolcbant Manichæi, qui esum carniū, & vsum nuptiarum per se immunda ac mala esse credebant. *Conuersio* autem dicitur continentia ab vxore.

Ad VII. Concilium fuit diuisum; 300. Episcoporum Occidentalium decreta confirmauit Leo IV. at 70. Orientalium, ut Arianorum, damnauit.

VIII. Vetatur ibi solennitas secundarum nuptiarum; item bigamis negabant quidam rigide communionem; illos ibi corrigit Concilium.

QVÆST. XIII.

Papa, Conciliorum, & Ecclesia respectus mutuus equalis fuit?

I. **C**ONCILIA Generalia possunt errare, 1. vel ante Confirmationem eorum à Papa factam. 2. Vel si definiant dissentientibus Legatis Apostolicis. 3. Aut consentientibus; sed Instructionem Papæ non sequentibus. Sic erravit Ephesinum II. & Constantinopolitanum tempore Nicolai I. Papæ. Idcirco & reprobata sunt: nam esse legitima nequeunt, quæ suo cum Capite pugnant.

4. Aut consentientibus Concilio Legatis; sed nullam habentibus à Papa Instructionem. 1. Quia Concilia non habent ultimum iudicium; cum Papæ semper fuerit ea vel adprobare, vel reprobare. 2. Infallibilitas autem ac firmitas nascitur ex consensione Corporis cum Capite. Unde iudicatur errasse Conc. Basiliense statuendo, Concilium esse supra Papam. 3. Neque absolutè censetur Generale, aut Absolutum, cui abest Caput, Capitisque consensus.

II. Sed interest ab ovo repetere quæstionem: *Sine Concilio supra Papam?*

1. Sub annum 1510. in schismate Gregorij XII. & Benedicti XIII. aucto etiam per Concilium Gen. Pisenum, digressi Pisani Cardinales tractare cœperunt; An, vel inuitis Papis, liceret sibi Concilium Gen. convocare, & Papis deponere?

2. Sub annum 1416. Ioanne XXIII.

clam à Concil. Constantiensi digressi, istud tractavit; An possit Papam iudicare, & deponere?

3. Sub annum 1433. studente Eugenio IV. dissolvere Conc. Basiliense; hoc tractavit: An tenerentur Patres obedire Papæ; an hic illis? præsertim viso, quod in Constantiensi Conc. Gregorius XII. & Ioan. XXIII. se abdicassent, & depositus esset Benedictus XIII. metuentes renouari schisma; ideo senserunt multum, Concilium esse supra Papam. Sed remoturi schisma, grauius pepererunt, creando Felicem V. Papam: qui dein errore cognito, se ipse abdicauit.

4. Sub annum 1439. eandem quæstionem non sat expressè videtur definisse Conc. Florentin.

5. Sub ann. 1512. Conc. Lateranense ultimum eam expressè decidit: sed id nonnullis non videtur verè Generale fuisse:

Idcirco quæstio eadem hodieque remanet inter Orthodoxos. At potior est sententia; *Papam esse supra Concilium Generale*: apud Bellarm. l. 2. de Conc. c. 17. 18. & mea *Luthero Calumnistica* p. 2. q. 32.

INSTANT I. Marcellinus est in Concil. Sinuesiano damnatus, & depositus. II. Post Melchiodis sententiam iudicauit Episcopus Arelatensis. 3. Liberium d. posuit, & resituit Imperator. 4. S. Leonis epistola est in Concilio Chalcedonensi examinata. 5. Christus dixit: *Dic Ecclesia*; non Papæ: Ergo hic illi deferre debet, uti Membrum, quod minus est Corpore. 6. Conc. Constantiense definiit; Conc. Generale habere à Christo immediatam autoritatem, cui parendum. 7. Conc. Basiliense definiuit, Concilium esse supra Papam.

DICO Ad I. Marcellinus fuit in schisma accusatus de Actu infidelitatis: de quo Infideli

deli declarat Concilium eum esse extra Ecclesiam. Et is se prius ipse damnarat, & abdicarat.

Ad II. Ita est; permittitque Donatistis Imperator importunis, spe eorum respicientiæ.

Ad III. Arianus id tyrannicè fecit.

Ad IV. M sit Leo epistolam instructoriam; non ultimæ sententiæ definitivam.

Ad V. Ecclesia est Cœtus fidelium Cum, non Sine, Capite. Neq; tunc Petrus erat Pontifex, cum id ei dicebatur. Est autem membrum minus corpore, & potestatem; quibus cor & caput præstant; Spiritus sancti Assistentia & Papa.

Ad VI. Definijr, non habere absolutè maiorem; sed in casu schismatis, cum nescitur verus Papa. Dein, id definiens tertia solum pars erat Concilij, non totum: & contra illos fauentes Ioanni, statuerunt cæteri fauentes Gregorio, & Benedicto. Et Martinus V. non confirmavit illud decretum tertiæ partis. Et in schismate Concilium potest definire, quis sit verus Papa.

Ad VII. Id legitime fuit inchoatum; at non legitime finitum. Et Nicolaus V. solum confirmavit Acta de Beneficijs, & Censuris: illud de Concilio supra Papam is non adprobavit; & successores reprobarunt.

III. ECCLESIA non potest deficere. Vide *Luthero-Caluinistica* p. 2. q. 37.

INSTANT. Conc. Basil. Generale deposuit Eugenium, ut hereticum, cum sequacibus, substituto Felice V. Dein finito Concilio Eugeniū restituit sine electione: Ergo tunc visibilis Ecclesia non fuit vera, aut erravit.

II. Sub annum DC. Papa est apertè muta-

tus in Antichristum, cum à Phoca dici Caput Episcoporum cœpit; accepitq; Pantheon Romæ; & incepit Inuocationem Sanctorum.

Dico Ad I. Id initio fuit legitimum, ut cui per Legatum præfederit Papa: at postea deponens Eugenium, erat Conciliabulum, non Concilium: unde Eugenius permansit Papa. 2. *Dein*, eodem tempore Florentino Concil. Generali præsidebat Papa Eugenius, in quo erant Latini, Græciq; Patres pene innumeri. 3. *Demum*, & Deus iudicauit, peste ple-rosq; Episcopos Basileæ extinguendo.

Ad II. At post Phocam est celebratum Concil. Gen. Constantinopol. III. quod Luthero-Caluinistæ maximi faciunt, utq; Sanctum recipiunt. 2. *Dein*, ante Phocam annis ferè 100. Iustinianus Imp. vocauit Papam *Caput Ecclesiarum*; Anteq; hunc, Concil. Chalcedonense. 3. Adhæc, Antichristus pugnabit contra omnes Deos: *Dan. 11.* Ergo. Pantheon aperiens Papa omnibus Sanctis colendis, non est Antichristus. 4. Sanctorum tamen cultus & Inuocatio longè fuit antè celebratissima.

QVÆST. XIV.

Ecquid iuris ac Moris fuit antiqui circa STATVS Sacros?

DE hoc plurima paucis in meis *Luthero-Caluinisticis* par. 2. q. 41. 42. &c.

I. IVS ORDINANDI Pastores nunquam pertinuit ad Populum; sed ad Episcopos solos: teste S. Scriptura in meo *Antichristo* p. 2. q. 13. Ita Canon Apostolorum: & Concil. Nicænum I. can. 4. Carthaginense II. can. 12. &c. Sic & S. Patrum perpetuus Consensus, negans licitum Presbyteris ordinare Episco-

H 3 pos

pos aut Præsbyteros; quanto minus licuit Laicis? Neque exemplum proferri potest ex vlla retrò memoria. Quocirca, cum *Ecclesia sit*, ait S. Cyprianus lib. 4. epist. 9. *Plebs Episcopo adunata, & Pastori suo Grex adherens*: veram Ecclesiam non habent, qui veros Episcopos & Pastores non habent; vbi Lutherò-Caluinistæ.

INSTANT ex Caluino Inst. 4. c. 3. §. 4. Ecclesiã constitutã non nisi Pastores à Pastoribus ordinandos esse. Cum autem collapsa reformatur, tunc solere Deum excitare viros Dei ad idem munus.

DICO. Constituta semel à Christo Ecclesia collabi nequit: nam *porta inferi non preualebunt* fundatæ supra Petram: nil igitur eget nouis Apostolis.

II. IUS ELIGENDI Pastores non est penes Populum vllò iure: Fuit tamen olim ex cõnuiuentia Pontificũ: 1. At hanc vetuit Conc. Laodicenum I. can. 1. Nycænum II. can. 3. Constantinopolitanũ IV. can. 28. 2. Ita nec vel sciente populo creauit Indis S. Frumentium S. Athanasius: Epiphanius Paulinianum Presbyterum cuidã monasterio: S. Gregorius Anglis S. Augustinum; Germanis S. Bonifacium, &c. 3. Enimvero sic factitatum Apostolicis temporibus: Deinde cæptus iensim populus adhiberi testis de moribus ac vita eligendi; vtq; electus eo gratior esset plebi. Hæc permissio demum vergebat in ius suffragij, diu toleratum, cum multiplici cõfusione; hoc ei ius ademptum est, relicto testimonio de moribus. Vnde hodieq; Ordinationes fiunt publicè in templis.

INSTANT. S. Cypr. l. 1. epist. 4. *Plebs ipsa habet potestatem, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi*. Sic & Conc. Nycænum: alijq; Patres.

II. Illyricus ait: Mos & ius populi in eligen-

dis ministris sacris durauit vsq; ad annum 1290. ex eo delijt.

DICO Ad I. S. Cyprianus subdit: *Quod videmus de diua Autoritate descendere, vt Sacerdos plebe prasente, sub omnium oculis deligatur, & dignus ac idoneus publico iudicio & testimonio probetur*. Docetq; exemplis Eleazari, Num 20. Matthiæ, Act. 1. VII. Diaconorum, Act. 6. At exempla non faciunt rem esse Iuris Diuini; sed præcepta Dei. Deinde: *Ista Patrum & Nicæni loca docent, duo: 1. Populo fuisse morem testandi de moribus: 2. Morem, non Ius Diuinum, etiam Eligendi: irrepisseq; in hunc ex illo.*

Ad II. Falsum fingit. Nam solos Canonicos elegisse, &c. testatur Alexander III. Papa ante 400. annos, & Concilium Generale VII. ante 700. Sepri- mũ ante 800. Martinus Papa ante 900. annos. Conc. Laodicenum ante 1200. annos, &c. vetuerunt ne electionem v- surparet populus; sed testationem solã. Episcoporum electio ad Papam pertinet Iure Diuino; ad Clerum, Positio. De Numero & Officijs Sacrorum Ordinum in meis Lutherò-Caluinistis part. 2.

III. COELIBATVS est Iure Apostolico additus S. Ordinibus; non Diuino: Est proinde dispensabilis. Dein, Concilia eum sanxierunt antiquissima, ac Pontifices, vt S. Clemens can. 27. &c.

INSTANT I. Nicæno Conc. ferente legem Cœlibatus, Paphnutius postulauit, liceret iam vxoratis vt vxoribus: eiq; assensit Concilium.

II. Papis contrarium sancierunt Concilia Gangrense, Synodus VI. Carthaginense V. &c.

III. Epistola S. Valrici ad Nicolaum Papam prodit. S. Gregorium I. Cœlibatum indixisse; deinde

deinde in piscina sua 6000. capitum infantium reperta: ideoq; legem eum reuocasse.

DICO Ad I. S. Greg. l. 6. epist. 31. ait, *Solomonus multa mentitur*: itemq; & *Socrates*; qui fabulam eam ferunt. 2. Pugnat ea cum *Epiphanio* & *Hieronymo*, qui afferunt in *Oriente* & *Ægypto* illicitum *Sacerdotibus* & *Diaconis* uti vxoribus. 3. Idem *Conc. Nicenum* can. 3. prohibet *Episcopis*, *Presbyt.* *Diaconis*, ne *foeminæ* cohabitent, nisi *matri*, *sorori*, *amitæ*. 4. *Nullus* veterum scripsit, quod illi duo.

Ad II. *Gangrense* damnat fingentes *matrimonio* abstinendum, ut malo ex se. *Canones Synodi VI.* non sunt adprobati. *Carthaginense* vetuit eis vxorum vsum, teste *Aug. lib. de adulterinis, c. 20.* qui interfuit *Concilio*.

Ad III. Eadem epistola dicit, *Papam* esse *Summum Caput* omnium; quod negant *Sectarij*. Item *Papam* debere *Clerum* cogere, ne ducant vxores.

3. *Tempora* discordant: nam *S. Vdalricus* creatus est *Episcopus* anno 903. & *Nicolaus* *Papa* obiit anno 867. ficta igitur est epistola.

IV. De *MONASTICES* origine vide in meis *Luthero-Caluinisticis* p. 3. q. 53. &c.

Atque hæc potiora ferè sunt capita, quæ *Nouatores* mouerunt non mouenda, ex *historia Ecclesiastica*: Similia quidem plura iniiciunt passim ex *historijs* repetita; sed ea licet asti-

mare ex præmissis.

* *
*

DEO, Deipara, Diuisq; Cœlitibus Gloria.

F

I N I

S.



